bari. pluribus anxiamur doloribus ac vehementer gregi dominico com-
patimur quem in totalem fere desolacionem per incrementa scandalorum
diuisionem et viciosorum deformitatum decidere formidamus / nisi de-
bito regimini ecclesie dei conueniens prouisio apponatur et consulatur
publice saluti. Videns itaque hec sancta Synodus que per summariam infor-
macionem ex super habundantia factam ipsum dominum Eugenium in predictis
publice et notorie diffamatum. conspicit tantam necessitatem prouidendi
debito regimini ecclesie imminere / ut si Concilium Congregatum non esset
summe necessarium foret pro hiis rebus ipsum congregare / attendens preterea
in iudicio dei oportere reddere racionem super tantorum dissimulatione malorum
et scandalorum quibus corrigendis pro salute totius christiane plebis ex of-
ficio suo totis viribus incumbere tenetur / Et ex potestate quam super cunc-
tos fideles cuiuscumque condicionis etiam si papalis existant a christo accepit
iuxta super dictam declaracionem in Concilio Constanciensi habitam et in hoc
presenti dudum renouatam / Cum etiam coram deo et hominibus grauissime re-
prehendenda veniret / si in hac vrgentissima ecclesie necessitate suum offi-
cium prout tenetur exequi negligeret / Decreuit hec sancta Synodus
vt infra lx dies a die presentis sessionis ac affixionis mandati / quem
terminum prefato domino Eugenio peremptorie prefigit / Et si qua interim coram
hac sancta Synodo super premissis et aliis proponendis pro sui defensione aut
excusacione allegandi vel proponenda duxerat per se vel alium ad hoc le-
gittime deputatum / coram eadem Synodo Basilee compareat / dicto autem
elapso termino. siue dictus dominus Eugenius per se vel alium comparuerit
siue non. hec sancta Synodus ad vlteriora procedet cognoscendo et terminando
prout ecclesie sancte dei spiritu sancto dictante conspexerit expedire / vniuersis in-
super et singulis sancte Romane ecclesie Cardinalibus in virtute sancte obediencie

et sub penis aliis pstiti huic sacro concilio pse uel alium nomine suo iura
menti. Et q eos qui iuramentum nō pstiterit sub pena puacionis fructuum
suoz bnficioz, mandat ꝛ pcipit ut infra eundem terminum in hac Ciuitate
Basilien compareat saluti sancte matris ecclie cum ceteris in Synodo
congregatis consultur et oportune prouisuri put spus sanctus dictaue
rit. Hoc ipm quoqz vniuersis principibus ac populis xpianis innotescere
uolumus vt videntes sancte matris ecclie et vniuerse xpianitatis angustie
as in vnum Conazum pro honore dei creatoris nri et animaz salute pa
riter conueniant et quod toti orbi salutare fuerit communi consensu amplex
entur. Decreuit tandem hec sancta Synodus huius decreti publicationem
in pnti sessione factam cum sequenti affixionem in ualuis maioris ecclie Basilien
vim habē monicionis et citacionis quo ad omnes ꝛ singulos actus in hac
re fieri necessarios vsqz ad finalem terminacionem etiam ad senciam diffinitiua
audiendam et eius execucionem paciendum inclusiue, et ita vniuersos ar
tare ac si psonalit apphensi et eis intimatum fuisset. Datum in session
publica ipius sancte Synodi in ecclia Basilien celebrata solemniter
ij kls Augusti Anno mcccc. XXXVIJ.

Sancti spiritus assit nobis gratia

Raciones incommunicabiles et vive pro iustificacione citacionis antecedentis applicate edite per dominum Ludovicum de Roma in generali congregatione promulgate

pmo Citacio contra papam est plena caritate

Presens citacio qua per sanctam Basiliensem synodum interpellatur sanctissimus d. n. pp. primo fortificatur ex assistentia plene caritatis hec autem inferiora demonstrant fundamenta quorum primum est istud scilicet

Debet quis diligere iuxta caritatis preceptum proximum suum beneficentie consolacione doctrine erudicione disciplune correctione, dicit tex. xxiii q. iiii. in c. debet homo. sed ex huiusmodi citacione intendit synodus citare papam ut bene agat et a malo se retrahat, inducitur etiam ut suscipiat erudicionem doctrine saluberrimorum canonum per sanctam synodum editorum Igitur est quis ut plena sit preceptis caritatis

Secundum tale Caritas inter alia hec continet summam actionem bonorum salutem morum finem celestium preceptorum, mortem criminum vitamque virtutum dicit tex. de peni. di. ii. § caritas sed excitacione huiusmodi hortatur synodus papam ad actiones bonas et ut in se per penitenciam extinguat commissa crimina vitetque committenda, Igitur ipsa caritate plena:

Tercium est tale Inter opera caritatis illud minimum non est errantem ad semitam veritatis reducere dicit tex. de spon. c. Inter opera, sed excitacione huiusmodi citatur ipse si erraret in aliquo ad semitam veritatis et observacionem preceptorum legis dei Igitur ipsa citacio omni caritate resplendet

Quartum est tale Non est iniquitatis ac impietatis, sed caritatis ac pietatis racione devictus, qui propterea est citatus per secutorem ut sit hominis liberator dicit tex. in c. non est iniquitatis xxiii q. v. sed sancta synodus crimina si qua sunt in Romano pontifice et Ro. ecclesia non persequitur odii fomite sed Romani pontificis liberacione, atque ut ex iniquo trahatur ad equum, Igitur non impie dici potest procedere synodus sed pie ac caritative advertens ad id quod dicit Aug. sed hoc solum bene agitur ut vita hominum corrigatur xxiii q. v. prodest

Quintum est ex tex. sic dicente, non putas te amare servum tuum tunc quando eum non cedis aut tunc amare filium tuum quando ei non das disciplinam, aut tunc amare vicinum tuum, quando eum non corrigis. Non est ista caritas sed languor ferveat caritas ad emendandum ac corrigendum, si sunt boni mores delectent, si sunt mali emendentur, qui enim viciis nutriendis parcit et favet ne contristet peccantium voluntatem, ita non est misericors, quam qui non vult alteri rape puero ne audiat plorantem et non timeat ne vulneratum doleat vel extinctum dicit tex. xxxiii q. v. in c. non putes et c. qui viciis Languor ergo reputaretur si sancta synodus dissimulando parceret delictis si qua essent in Ro. pontifice, caritate autem plena dicetur si emendacioni operam dabit. Dicatur quod copiosa est multitudo non observancium ipsa decreta unde mirum est quod a capite exordium sumat ad reformacionem ceterorum reformacione suspensa Respondetur et multiplicat, primo quod cum in delictum ruit multitudo primo correctionis eius habetur racio, qui

caput et princeps est multitudinis. hic est tex. de dico. xxv. in c latores
Ad idem C. ad l Julia. di vj l. qui multa grauiora Et huius est racio
quia vbi maior est culpa maior celeriorque debet exerceri vindicta de
hec. c. excommunicamus § ardentes non est autem dubium maiorem esse culpam
in capite multitudinis delinquentis quam in tota eius sequela maxime
si concurrat in illo sublimis dignitas, uel persone excellencia Notum est enim
quod grauiora facit vicia peccatorum sublimitas peccancium et tanto quis ma
iori reatu delinquit quanto potiori honore fruitur xxv. q. i. nulla. xl.
homo xpianus. xi q. iij. precipue Sicut enim minorem maior precedit
honore ita et crimine et quam maior sequitur culpa maior implicetur
vindicta L. di qua sanctitas tua Vnde dicitur de lucifero quod ideo tanto
peccatus sine venia dampnatus est quia magnus fuit sine comparacione
creatus dicit tex de peni di ij principium Nemo enim perfecto in ecclesia am
plius nocet quam qui peruerse agens primatum dignitatis tenet de
linquentem, namque hunc redarguere nullus presumit et in exemplum
culpa vehementer extenditur qui pro reuerencia dignitatis peccator hono
ratur lxxxiij di Nemo quippe. quod abhominabile foret si vnius quod capud
est ignoscendo vniuersi ecclesie moliremur interitum, que est ista mise
ricordia que ista bonitas, vni parcere et omnes in discrimine adducere xlv.
di. § illud Nonne instruit nos canon, quod cum de aliquibus constitucionis
introducenda obseruacione tractatur: Primum monendi sunt maiores
pres obseruare ut eorum exemplo cetera multitudo frangatur dicit
tex xliiij di comessaciones Nonne curandum est ne totum quod absit
corpus morbus inuadat, eo quia languor non fuerit curatus ij q. vij
sicut in quo.

Dicitur 2° Cataconi hunc quodammodo continere libellum famosum et sic grauem
iniuriam aduersus caput ecclesie, Huic obiecto multipliciter respondetur. Primum quod
iuris execucio non est iniuria ff. de iniur. l. iniuriarum de elec. c. cum ecclesia
vulterana Si igitur publice coram omnibus transgressor est caput ecclesie
iniuriam non facit sancta synodus publice corripiens illum cum ius exequitur
Aduertamus enim primo ad tex. in c. i. de peni. et remissi. dicentem manifesta
delicta non fore occulta sed manifesta correctione purganda ut ceteri terreantur
2° ad tex. in § sed illud. xlv. di. dicentem publice delinquentem coram
omnibus publice argue ut ceteris sit exemplum Ad idem xxiij q. iiij
Ita plane 3° aduertamus ad tex. Augustini ij q. i. si peccauerit
dicentem sic formaliter, ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus
que peccantur coram omnibus, ipsa corripienda sunt secretius que
peccantur secretius. Quarto aduertamus ad tex. de conse. di. ij, Ego bere
garius ibi ubi in personam cuiusdam berengarij heresim quandam abiurantis
sic formaliter dicitur, Ad quecumque loca, ad que fama huius heresis peruenire
potuit transmittenda est abiuracio predicta, ut ecclesie que doluerant de berega[rio]

Marginal notes (left):
Ubi maiori culpe debetur maior pena
Ubi maiore dignitas [illegible] peccat
[illegible]

aduerso atque peruerso nunc gaudeant de eo reuerso atque conuerso Ita in proposito
ad loca omnia ad que potuit noticia de formitate Romane Curie peruenire
prius est citacio transmittenda ut qui prius doluerant de eius deformacione
gaudeant nunc de eius per sanctam Synodum inchoatam reformacione.
Quinto aduertimus ad tex. in L. quod rei publice et l. eum qui nocentem
ff. de iniur. sic formaliter dicentis, quod rei publice venerande causa,
uel ad bonos mores fit etiam si ad contumeliam alicuius pertineat, quia
tamen non ea mente magistratus fecit ut iniuriam faciat sed ad uindictam
publicam actione iniuriarum non tenetur. Ceterum eum qui nocentem in
famauit non est bonum et equum ob eam rem condempnari, peccata enim nocentum
nota esse oportet et expedit etc. Cum igitur sancta Synodus hanc ci
tacionem decreuerit ad morum inchoandam reformacionem ad vindictam
publicam exercendam nulla racio suadet dicere ex hoc sanctam Synodum
dici posse ecclesie capiti infamiam iniuriam ue irrogare, ymo loqui potest sancta
Synodus, cum canone dicente sic formaliter dum homo iuste occiditur
lex eum occidit non tu xxiii q. v. dum homo est alibi non homo quos dampnat
quos reatus accusat sed delictum proprium eos punit et non homo xxxiii
q. ii quos deus ff. de proba. l. cum probacio Ita in proposito abusus Ro.
curiam infamant, non autem citacio referens abusus. Expectauit iam plu
rimis annis hec sancta Synodus primam reductionemque Ro. cu. ad bonum
Cum autem eam assidue peccantem videt, ultra misereri non potest, secuta est
in hoc exemplum domini dei sui, de quo notabiliter ad propositum tex. in c. Bi
lisarius xxiii q. v. et in §. nec differtur xciii di. ad propositum dicit — vindictam et ... patronum dei
forma sic cottidie nonnullos punit deus, ut diuina etiam prouidencia circa humana
vigilare noscatur et nonnullos etiam prolonga tempora ad primam expectat
ut patienciam sue benignitatis nobis ostendat. dei enim pietas, solum reddi tu
mum requirit ac nos longa sua bonitate saluari si non contineatur si du
a cepit — ri colli fuerimus si in peccatis usque ad mortem illicite perdurauimus assidue peccata
cum non miseretur deus etc. Cum ergo uulnera fomenta non senciunt ex parte ac
ac temporalis nunc misericordie medicina, sed continuo serpunt, continuo renouatur
ferro secanda sunt et igniti dicit tex. i q. i reperiuntur. lxxxvi di. qua
xvi q. i c. in canonibus et c. similiter ubi tex. formalis sic dicit, Sicut
ferro abscindenda sunt uulnera que fomenta non senciunt Ita illi extorres
debent fieri ab ecclesia qui sacerdotali admonicione non corriguntur
an forte — dicente domino afferte malum ex uobis. dignum est enim ut qui moribus propriis
ac illius consciencie castigacione corrigitur saltim ecclesiastice et canonice
vindicte perfodiatur aculeis. Postremo imitatur sancta Synodus tex.
in c. nisi specialis de aue. et usu. dicit forma sic, quod si oporteat te ut nos
uel tu exeracio hoc negocio confundamur, eligimus pocius te confundi
quam ledamus sedis apostolice dignitatem etc. Ita igitur in proposito si oporteat uel
Synodum ut Romanum pontificem ex huiusmodi occurrentibus confundi, dignum
est ut eligat pocius confundi Romanum episcopum, quam quod ledatur dignitas
uel auctoritas totius ecclesie sancte et hec de prima prius citacionis
Justificacione

2°

Citacio continet bonum publicum.

Dicitur 2° Citacio ista bonum publicum continere pro quo demonstrando
assumo pro themate verba legislatoris in § expedit institutis de hiis qui sunt
sui vel alieni iuris expedire rei publice ne quis re sua male utatur etc. Sed citacio
presens ad huius effectum tendit, ne Romanus pontifex abutatur sua potestate
ut proxime demonstrabitur, igitur etc. Primum enim inducit eum ad observandum
decretum editum super electionibus et confirmacionibus faciendis quod
quidem saluberrimum esse inferiora demonstrant. Primum quia papa innitens
solitis reservacionibus continuo providebat de cathedralibus ecclesiis
aliisque dignitatibus, reiectis electionibus sublataque superioribus aliis potestate
confirmandi, Ex quo in illud incidebat nomen effectuale scilicet universalis
pontificis quo beatus Gregorius atque pelagius Romani pontifices se appellari
prohibuerunt quorum refertur textus xcix di. c. nullus et c. ecce dicens
Velim me pontificem dicas quod peto michi ut sanctitas tua ulterius non faciat
Cum enim quis summus aut universalis dicitur patriarcha patriarcharum
nomine ceteris derogatur sed absit hoc a fidelibus sibi velle quempiam id
arripere Unde fratrum suorum honorem minuere ex quantacumque parte
videatur Nec honorem meum esse reputo in quo fratres meos honorem
suum perdere cognosco, meus namque est honor universalis ecclesie, meus est
honor fratrum meorum solidus vigor tunc ego honoratus sum, cum sin-
gulis quibuscumque honor debitus non negatur etc. Debet igitur ex premissis
Romanus pontifex ita honorari et utilitati sue sic studere quod aliis infe-
rioribus debita non subtrahat, et sic electionem reservare capitulis Confir-
macionem gradatim committere superioribus, alias dum idem universa agit
Universalem se fore pontificem factis demonstrat Cum tamen nudo verbo
predicti duo sanctissimi pontifices universales se prohibuerint appellari, memorari
debet textus dicti in persona Romani pontificis michi ipsi iniuriam facio, cum
fratrum meorum iura perturbo xxv. q. ij. quod michi Et alibi dicit papa sic Nec
enim cuilibet favente gratia ultra quam meretur impartior, nec ulli hoc quod
sui iuris est ambitu stimulante denegata sed fratres meos per omnia honorare
cupio etc. ea causa 2. q. c. de ecclesiasticis, honores igitur Romani pontificis
iuxta premissa fratres suos inferiores aliis electiones permittendo aliis confirma-
tiones non auferendo, nec aliis quod eorum iuris est ambitu stimulante
deneget sibi enim iniuriam facit cum suorum iura perturbat
Secundo est premissum decretum extirpativum dissensionis sublativum odii
quod inter Romanum pontificem oritur et inferiores prelatos dum non solum quod
sibi asseptum est vendicat sed cunctis aufert universa quod demonstrat[2]
ex pulcherrimo textu Ieronimi xciij. di. dyaconi sunt, sic dicentis, solus episcopus
incumbat domus solus utitur ministerio solus universa sibi vendicat, solus
partes invadit alienas. hinc propter avariciam sacerdotum sepe odia consur-
gunt, hinc episcopi accusantur a clericis, hinc principium litis. hinc detractionis
causa. hinc origo fit criminis, et enim si unusquisque in hoc mundo visibili aliquid
possidere iubetur ut sua sit tantum possessione contentus, ac res non invadat
alienas, nec agrum pauperis tollat, quanto magis qui ecclesie dei preest, ita debet
in omnibus observare iusticiam, ut hoc solum sibi vendicet quod sui iuris esse cognoscit

Aliena non rapiat aliena non tangat et sicut sine inferioribus nō viuit in ministerio diuini sacramenti Ita indispensacione non viuat etc. Attendat igitur Ro pon. q ecclesiasticam ordinem confundit si ita vult solus sibi omnia vendicare q suam nulli iurisdictionem seruet xi q. peruenit.

Tercio inducitur ex eodem decreto caritatiua dilectio Inter epum a suo caplo electum et capitulum eligens inter suffraganeum confirmatum et Metropolitanum confirmante. Cum enim Ro. pon. reseruacionibus innitens prouidet, per sepe Epum dat clero inuito, per sepe suffraganeum inuito Metropolitano Ex quo inter eos contemptus et odium causatur dicente textu sic formaliter quod enim quis non elegerit, profecto non diligit quod aut non diligit facile contempnit xx q. iii. pns dicius

Quarto ex eo decreto Illud salubriter prouidetur scilicet quod ut plurimum epatur ecclesie qui in eadem per omnia ecclesiastica officia cursum suum transegit etatis ut plurimum enim tales plerumque eliguntur. cum aut Ro. pont prouidet sepe eos prefirat qui ex aliis ecclesiis ortum ducunt, quod displicet iuri dicente tex. sic, nec emeritis in suis ecclesiis peregrini et qui ante ignorati sunt illis preponatur, qui bene suorum ciuium testimonia meruerunt, Nullus inuitis detur Epus. tunc aut alter de altera eligatur ecclesia, cum de ipsius ciuitatis clero Epus cuius est ordinandus nullus dignus potuit reperiri habeat vnusquisque fructum sue milicie in ecclesia in qua suam per omnia officia transegit etatem In aliena stipendia minime alter obrepat Nec alii debita alter sibi audeat vendicare mercedem etc. dicit tex lxi di. c nec emeritis et c nullus inuitus

Postremo inducat ipsum decretum cessacionem ambicionis cum enim Ro. pont pro voluntate prouidet raro cessat ambicio in dignitatibus obtinendis ut de facto videmus cum capitulum eligit ambitus cessat. tollende aut ambicioni studeant iura c. de epis et cle. l si quis viii q. i qui Epum i q. vi sicut is ubi pulchre tex sic dicit sicut is qui inuitatus renuit, quesitus refugit sacris est altaribus admouendus, sic qui ultro ambit importunus se ingerit est procul dubio repellendus, Nam qui sic nititur ad altiora conscendere quid aliud agit. nisi ut crescendo decrescat et ascendendo exterius interius in profundum descendat etc. quinymo secundum aplum, nemo debet sibi honorem assumere nisi qui vocatur a dno tamquam Aaron dicit tex de elec. c qualiter viii. q. i suscepturus In inducere vult eadem citacio eundem ut annatas minime recapiat prout Synodus ipsa decreuit, cuius decretum saluberrimum esse inferiora demonstrant primo quia ex cuius annate exactione arguebatur presumpta Symonia quod quam detestabile scelus sit nemo est qui nesciat. Ex quo enim ut plurimum soluebantur eo in tempore, quo papa de dignitate prouidebat temporis ydemptitas seu paritas in prouisione et annate solucione, presumptam arguit Symoniam ad hec. tex notabilis in c emendari i q. i. vbi est expressum quod et si nummos in elemosyna ecclesie contulerit pietatis opus sit Nichilominus in missio prohibetur. eo in tempore quo quis baptismum sanctum suscepit eo quia ex paritate temporis in baptismati suscepcione

et pecunie in missione presumptio inducatur symonie adeo ut et si sub alio
pretextu hoc in tempore detur, nichilominus presumptio symonie non euanescat
ut ibi et ad idem tex. optimus. lvi. di. in c. si quis in egritudine. Ubi
est expressum in egritudine baptizatum presbiterum ordinari non debere eo
quia ex ydemptitate temporis concurrentis quo ad egritudinem et bap
tismi susceptione fidei baptizati non uoluntarie presumitur sed ex pena
pocius euenisse, ad idem tex. in l. i. insti. ff. ad. l. Julia de ambitu ubi
tempore durantis accusacionis accusatori seu accusato sub pena prohibetur
ingressus ad domum iudicis, eo quia propter tempus pariter concurrens
ad ingressum et accusationem, oritur in parte ingrediente presumptio
voluntatis intimare ad iudicem corrumpendum. Et si dicatur pecunia
ex causa ta recepta, quamuis ex presumpta symonia proueniat, nichilominus
quia in licitos usus conuertitur, et sic delictum si quod intercepcione committatur
purgari videtur. Respondetur ex tex. ad propositum notabili in c. ex multis. i. q. iii. Ubi Cal
cedonensis Concilii formalia verba sunt hec. Constituimus ut nullus cuiuscumque
gradus pro ecclesie beneficio audeat aliquid recipere etiam si in fabricam
ecclesie seu pro pauperibus sit distribuendum quia teste scriptura, qui male
aliquid accipit ut bene dispensat grauatur pocius quam iuuetur. Et si
dicatur in Ro. pon. vicium non cadere symonie predicto casu, dico quod
in c. cum pridem de pac. et i q vi c si licet de hoc notetur in c. i. de Symonia, Nichilominus salua omnium contradice
tium reuerencia, dico ego isto casu contrarium. Primo ex eo quia per collatum
titulum beneficii fertur execucio ordinis et clauium ecclesie. In ordinacione
enim datur potestas clauium in habitu, sed non in actu. In institucione uero seu bene
ficii collacione, datur illius potestatis execucio. hic est tex. xvi. q. i. i. c.
sicut sufficit et c. se. Ipsa igitur execucio annexa est ipsi ordini seu sacra
mento unde consequens est ut uendendo ordinis execucionem videatur
vendere ipsum ordinem, quod etiam in propria symoniacum esse nullus dubitat
Ad hoc tex. optimus i. q. iii. c. si quis obiecerit et c. saluator, dicens quod
qui uendit unum sine quo alterum non prouenit neutrum inuenditum derelinquit,
vendendo igitur execucionem ordinis que non prouenit sine ordine ipsum
quoque ordinem vendere censetur. Ad idem tex. optimus in § quod uero i. q. vi.
dicens sic formaliter. Sicut ecclesiasticarum rerum emptores symoniaci indi
cantur quia ecclesiasticis officiis ita connexe sunt, ut alterum sine altero nunquam
non proueniat Ita quia per eleccionem venitur ad consecracionem proinde Sy
moniacus habeatur qui pro electione premia largitur, ac si pro consecracione
munera dedisset etc. Ad idem glo. optima de pe. c. licet. dicens quod reci
piens pecuniam a vicariis, ut permittat eos celebrare in suis vicariis
censetur vendere ordinis execucionem et per consequens ipsum ordinem. Secundo idem pro
batur quia ut distinguit notabiliter glo. in c. ex parte de offi. dele. quedam
sunt prohibita quia symoniaca, quedam symoniaca quia prohibita, sed pecuniam
recipere pro conferendo titulum beneficii ecclesiastici prohibitum est, quia symoniacum
et utroque testamento scilicet tam ueteri quam Nouo ut aperte demonstrat tex. in dicto

c qui studet et dicto c ex multis et in c ex diligenti de Symonia ubi dicit
tex. quod prestare omagium et sic dare aliquid temporale pro spirituali beneficio divinis
et humanis legibus nescitur contradicere Igitur papa recipiendo non excu
satur sed crimen incurrit Jus enim divinum non tantum servare sed usque ad animam
et sanguinem defendere debet xxv q. i. sunt quidam et in hac opinione est
Btus Thomas quod refert archydia. xii di. non decet

Saluberrimum etiam esse censetur premissum decretum eo quod aufert occasionem de
paupertacionis ecclesiarum que ut plurimum contingebat ex ipsarum annatarum solucione
cum enim opus foret tempore quo Ro. ponx providebat de dignitate ut
plurimum annatam solvere aderat quisque inopia provisi qua ex re cum ex sua
propria solucione non posset implere opus erat obligare ecclesie primo in tempus
plurimum. Unde ecclesiasticus redditus in solucionem debiti convertendi non pote
rant in utilitatem reparacionisque ecclesie erogari Non est autem dubium talem opor
tere esse summum sacerdotem ut in dei ecclesia non exactor sed pontifex recte
valeat nominari. dicit tex. x q. iii. quia cognovimus Et alibi non debet
presul acerbum se exactorem aut continue basium prebere sed moderatum et cum
efficacia benignum et cum instancia humanum dicit tex. ff de usur. l. pe
cunie publice si bene collocate sunt. et alibi dicitur Cavere debent pontifices
ne indiscreto moderamine ecclesias pregravantes dum in exactionibus superfluis
curiosi existant illas usque ad inexanicionem extreme virtutis producant
dicit tex. x q. iii inter cetera Est enim boni pastoris pecus tondere non deglu
tire dicit glo. referens Suetonium de conse. di. ad tractum Imitari debet
summus pontifex beatum paulum qui arte ac manibus victum querebat
ne ecclesie cui ex officio providebat existeret onerosus. dicit tex. de consilio
cum apostolus x q. iii cavendum Nec debet considerare Ro. ecclesia ex annatarum
solucione sublata quosdam ne modicum sibi diminui cum ex hoc cognoscat
incrementum priorum in ecclesiis sibi subiectis quas opulentas manere sua
interest. Advertite dominus ad Notabilem tex. in § cogitatio in Autco sed quod
suffra. dantem sic formaliter, consideravimus enim quia licet questus non
modicus minuatur imperio attamen nostris subiectis incrementum maximum
percipientibus imperium et fiscus habundabit utentes subiectis locupletibus
Unde per plurima rerum et innumerabilis erit ubertas etc.

Si dixerit Romanus ponx decretum annatarum sublatum non recipio
quia inops sine eis remanet Ro. ecclesia. Nec sufficiens imminentibus oneribus
providere. Respondeo consideret tex. ff. de ritu nup. l. palam ubi non est ignoscendum
glo. in c. si quis per necessitatem de furtis Unde cognoscendum non fore
ei qui paupertatis obtentu turpem prohibitumque vivendi modum elegit.
Nomine Ro. pont. manifesta et racionabili causa existente propter supervenientem
necessitatem ecclesiis sibi commissis caritativum poterit subsidium imponere et sic
modo magis licito ecclesiastice expediencie consulere. Certe sic ut in dicto
c cum apostolus, quoniam iuxta apostolum seminanti spiritualia non est magnum si temporalia
ministrent. et refertur. xii q. i in c. ecclesias etc. Item apostolus Nomine ipse tamen

sacerdos summus pro sua et ecclesie necessitate decimam ab uniuerso clero exigere
poterit. Ex decima quam clerus inferior a populo sibi spiritualiter commisso accepit
Certe sic ad instar eius quod fiebat tempore ueteris testamenti quo leuite
ex dictis decimis per se perceptis summo sacerdoti soluebant decimam ut refertur
de deci. c. i. 24 et not. glo. in dicto c. ecclesias adultere d. ad tex. in c. unito
in x. Vnde credimus ut ex^a beneficia qui in hoc illa dicit qui dat spirituale beneficium
possit eius prouentus aliquos sibi tempore retinere, distinguit quod si prouentus ante
beneficii donationem non ipse percipiat per se uel per alium mediante non est dubium
Symoniacam intercedere prauitatem. Si uero ipse inmediate percipit distinguitur
utrum ante beneficii collacionem constituat ut ipsi prouentus retineantur ad tempus
pro causa iusta et necessaria an conueniat cum eo qui beneficium accipit ut ipse
ad tempus sibi prouentus retineat. Primum enim membrum dicit ibi tex. licitum
esse, secundum autem dicit non licere ut uia aperiatur hiis qui suam prauitatem
satagunt palliare. Ex quibus uerbis alius datur modus per quem pot. Ro. pon.
licite prouideri scilicet quod fiat constitutio generalis ut cuiuslibet uacantis dignitatis
fructus anni primi Romane seruantur ecclesie et ex hoc cessabit omnis suspicio heresis
Symoniace que prouenit ex annatarum secundum quod hodie soluuntur recepta
nomine etiam et sicut pro cathedre honore certa pecunia annua singulis episcopis
soluitur ab omnibus sibi subiectis ecclesiis preterquam monasteriis ut est expressum
de offi. ordi. c. conuenientes x q. iii. c. placuit et c. inter cetera. Ita etiam in ho
norem summe cathedre potest ordinari quod in honorem sustentacionemque Ro.
ecclesie alie singule ecclesie inferiores Ro. pon. annatim certam quantitatem
exsoluant. Ita tamen ut non subditis sibi ecclesiis grauis nimis existat ipse
pontifex ut enim dicit tex. pulcher multum longe a paterna pietate uidetur
si prepositi subditis suis graues existant, quos in cunctis necessitatibus pastores
debent more fauere de cens. cum apostolus. Nomine etiam sicut Anglicane ecclesie
dant tot denarios quot sunt capita quod quidem soluendi omnes wlgo appellatur
Denarius sancti petri ut not. Inno. de pen. et pla. c. et si uiramini. Ita certe
statui poterit ut soluant singule naciones pro Romane et uniuersalis ecclesie
sustentatione. Certe non dubitandum quod et isti laudabiles modi sunt, et
etiam alii plures possint excogitari

Si dicatur sacrum concilium annatas sustulit non autem Romano pontifici
unde sustentari posset aliter prouidit prout pollicitum est. Vnde non impleta
pollicitatione non tenetur ipse pontifex annatarum solutionem recipere. Respondetur
primo quod et posito quod non antea recipere teneretur quam pollicitatio foret imple
ta. Nichilominus humanitatis iure et ut gracior christianitati foret impleta
etiam nondum secuto pollicitationis implemento, decretum recipere debuisset
dicit enim pulcher tex. ea esse in mutuis officiis graciora que cum ex necessitate
non licet impendere ex uoluntate tamen facimus xxviii q. i. Iam nunc
Et alibi maioris gracie est offerre quod non debes quam reddere quod teneris
xxxii q. v. qui sitit aliter est sub capitulo tunc saluabitur. Preterea excusata
esse debuit sancta Synodus apud Ro. pontificem sine celebri satisfactione

polliatacionem impleuit pprius enim hys agendis opam dare debuit que ad diuini nominis gloriam et catholice fidei exaltacionem tendebant Vt est ad grecorum vnionem boemorum scismatis totalem extirpatione dicente tex. q et si pgrauaretur sancta Synodus multis et arduis negocijs que in vniusalis eccle alueum confluunt qui torrens circa id tn prius feruenti bus dz uotis intende vacare instancius ac operose solitudinis studium impartiri per que diuini nominis gloria exaltacio catholice fidei et pfectus queritur fidelium animaz dicit tex. discipuli cle. dudum. Ceterum pollicita est Synodus puideri Roman eccle si eius demonstrauit indigenciam que nondum in lucem pdijt, si enim et sine annatis Ro. habundaret eccia non Justum foret q ut ipa gaudet opulencia excessiua clero onus imponet et supfluum, teste etenim psspero pastor eccle hys quibus sua sufficiant no dz quidq erogare cum quid nichil aliud sit habentibus dare q pdere Nec ille qui sua possidentes dari sibi aliquid uolunt sine grandi pcto, vnde paup victurus erat accipiunt i. q. ij. pastor et adidem c ca 2 q sacdos xvj q. i. qm qq et alibi clamat Jeronimus tibi dico o sacerdos de eccle bonis viuere non luxuriari pmittit xlij. di. cum aut durum enim habe debet eccia, non ut seruet, non ut luxuriose consumat sed ut eroget et subueniat in necessitatibus gloria est epi paupm in necessitatibus puidere Ignominia sacerdotis est pprijs studere diuicijs xj. q. ij. dux z c gla

Hec dixerim non ut uelim necessarium subsidium subtrahe dno aplico quoniam teste Jeronimo apco viro et euangelizatori xpi in necijs vsib subsidium nolle tribue seipm est condempnare xvj. q. i. aplicas ymo dico expedire affluent ornari affluenterq subueniri debe ipi Ro. eccle que hoc in orbe est summi dei templum expedireq ut illius aula cultu decenti resplendeat dicit tex. lxxxvj. di. pulchra si enim ipa Ro. eccia que caput est om humiliata fuit ad nullus pfecto gfugn potis auxiliari dicit tex ix q vi. alioz cum enim in ea eccia sicut cetris reliquis magis et magis piementa ipm decus creuit subcreuit ornatus non decz diebus nris ille minuatur sed magis accumuletur atq amplificetur debita semp honestate seruata dicit tex. de conse. di. i. vasa. Arbitretur igitur Ro. pon nichel sibi pfecto defaturz si pmissum saluberrimu decretum, iam ostensis racionibus iustificatu debita cum veneracione suscipiat, pit quoq et quecunq phoc sacrum concilium edita et edenda Nullus enim ignorat vniusaliusq Synodi constitutum, quod vniusalis eccle probauit as sensus nullam magis sedem pcetis exequi oporte q pius xxv. q. i. confidimus ad reatum quippe Roman pontificis tendit si vniusal concilij sacr sanctiones eo negligente consencienteq violentur. xxv q. ij. puilla Nimis enim est asspinum z pcipue bonis sacerdotibus inimicu quampiam, que bn p Synodum ordinata sunt rescinde c ca et q. in sti. pcipue enim ad curam Roman pontificis ptinet ut q pquiete religi

ose conuersacionis per synodum sunt disposita nec dissimulacio neglige(nc)e
nec ulla ualeat presumpcio perturbare XXV q ii cum pie valet enim
sancta Ro(mana) ecc(lesi)a quedam contra generalis synodi decreta spirituali bonitatio indulge(re)
Considerata tamen racionis equitate ut que iuris iusticie est in nullo ab eo dis
sentire videatur inuenia(tur) XXV q i § his respondet. x vallis g(ener)al(is). Nichil
enim contra sancti generalis Concilii statuta aliquid condere ut mutare nec potest
illius sedis auctoritas XXV q i contra statuta. dum enim illa vniuersali sunt consti
tuta confesso consensu se et non ea destruit quibus presumunt solue(re) quos
ligant aut ligare quos soluunt XV di. sicut sancti. Vnde Leo sanctis
simus papa dum requiritur ut dispenset quod penitenciam age(re) possint
Symoniaci in ordine male accepto per hec verba formaliter respondet
Nos quidem conuictis et hiis qui tam detestabile nephas quod iam multis
dampnatum est Conciliis peregisse noscuntur. Nulla possimus prima subuenire
et spiritualibus patribus obuiare sed in illorum uice sinam conuenire omnibus
certum sit. habetur iste tex(tus) i q vii. requiritur ad memoriam reducam
quod cum a Sanctissimo Innocencio papa iii. petitum foret ut postea tu(n)c admitteret
illi qui post ex pontificali dignitate ad monachorum loca descenderat tum
aduerteret quod hec esset contra unum ex Concilii Constantinopolitani ca
pitulis. respondit durum sibi minus existere contra tam solempne Concilium
eam potuerit admittere habentur hec verba de renunc. post translacionem
Ambulat igitur ipse pontifex. cum ipsa sancta Synodo actu durante
in gubernacione ecclesie sancte dei nec in hoc erubescat debet enim tenere
memorie. quod cum Symachus papa in vniuersali Synodo presideret ad eam
quandam causam iudicandam remittens sic dicit. ne ego disputem vbi vnum
pot(est) Concilium iudicare legatur ipsa questio et referatur in medium, ut cog
noscatis quali sit sententia terminanda habentur hec verba XCVI. di bene quidem
Comperimus etiam Ilarium vrbis Rome episcopum Cum in vniuersali Synodo
presideret, quandamque constitucione edidisset Ita locutus est ad Sy. ad morum
reformacione ad Synodum ita locutus est scilicet quod ut deinceps posset tena
cius custodiri si placet omnes sancte synodi sentencias et subscripciones proprias
commendate, ut synodali iudicio aditus claudatur illicitus habentur verba
hec XXXV q ix. quod quis Nomine legimus Nicolaum papam cum Treueren(sem) Treueren(sem)
ac Colonien(sem) Archiepiscopos, quantum ad ea, que ad episcopale ministerium pertinebant
arcere vellet, non se solum sed vna cum sancta Synodo que tunc congre
gata erat decreuisse dicente decernente nobis cum sancta Synodo statuimus. Et
vt habentur hec verba ii. q. i. sciebas XI. q. iii. Theutwaldum, Nomine etiam legi
mus ipsum Nicolaum papam aduersus ea que qui excommunicacionem ab eo prelatam
contempserant Illud velud extremum remedium comminatum fuisse scilicet se
illos contempnentes Sancte ecclesie que per generale Concilium representatur de
nunciaturus vt habentur hec verba XI. q. iii. papirie legimus Cyprianum
papam circa id quod agendum erat adusus lapsus in heresim statuere
distulisse vt Concilium congregaret atque vna cum illo firmius prudenter

eius verbis sic dicentibus de eo quod statuendum erat circa causam lapsorum distuli, ut cum quies et tranquillitas data esset et episcopos in unum convenire indulgencia divina permitteret tunc communicato ac liberato omnium consilio statuere quid fieri oporteret, habetur hec verba L di. de eo siluimus. Alexandrum papam prelata est questio decidenda super consanguinitatis gradibus numerandis, legimus ipsum ita respondisse, Nos vero deo annuente questionem discutere curavimus in synodo habita in Lateranensi consistorio, convocatis ad hoc opus episcopis clericis atque iudicibus etc. habetur hec verba xxxv. q. v. ad sedem, Ad idem de re. iu. c. a apostolice li. vi. Nonne etiam tempore Urbani pape cum delata esset concilio questio laicorum qui morientibus episcopis bona defunctorum invadunt pauperibusque surripiunt, ipso concilio adversus eos anathema proferre volente, extitit per ipsum papam concilii sententia promulgata dicente textu sic de laicis questio facta est, qui morientibus episcopis res defunctorum invasas ecclesie pauperibusque surripiunt contra quos generaliter totius concilii anathema prolatum est, ipso papa huiusmodi sententiam promulgante etc. habetur hec verba xii. q. ii. de laicis. Nonne cum Innocencius iii presidet concilio generali, adversus eos laicos qui ecclesiasticos viros, nil temporale ab eis obtinentes, ad prestanda eis fidelitatis iuramenta compellunt, sententiam protulit utens hiis verbis, auctoritate sacri concilii etc. quod quidam concilium tunc actu erat, habetur hec verba de iureiurando c. nimis. Ubi notandum eum non dixisse sacro approbacione concilii vel laudacione, prout in sinimus decretalibus potest comperiri, sed auctoritate, quod quidem verbum multo magis importat ad potestatem concilii denotandam, quam aliquod premissorum et similis est illi textus xxiii di. In nomine domini. Legimus etiam sanctam synodum illis quos papa suus privavit ecclesiis proprias ecclesias restituisse iussisseque eas restituciones canonicas appellatas. Et expressus est et notabilis textus L di. c. econtra ad fi. alias est capitulum quod incipit Johannes sequitur premissa demonstrant precedentes Romanos pontifices una cum conciliis generalibus actu ac patribus ecclesie negocia direxisse pariter quoque eos eos noviter concilia congregasse pro salubribus edendis constitucionibus nec erubuisse, si quando veteres synodi per eos ordinata iuste immutassent, dum et presens summus pontifex suorum predecessorum vestigia imitaretur idemque agere, tali enim concordia inter Ro. pon. etc. et concilium generale gaudebit altissimus et gaudebit in membris suis dicit textus ix q. iii c. Archiepiscopus

[…]ne Cardinalibus […]pam ardua tractare […]m decet

Iuste miratur ipsa synodus quod ipse Ro. pontifex dicatur sine Reverendissimorum Cardinalium consilio ardua ecclesie negocia dirigere, cum et iura per eius predecessores edita sic dicant. Decet namque Ro. pontificem per fratres suos ecclesie cardinales qui sibi in execucione sacerdotalis officii coadiutores existunt libera prevenire consilia. Habetur textus de elec. fundamenta li. vi. habuit quidem hoc fundamentum ex lege veteris testamenti in deuteronomio scripto dicente si difficile aut ambiguum apud te iudicium esse perspexeris venies ad sacerdotes levitici generis

et ad iudicent qui fuunt illo tpe qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Sunt aut
dicit ppa sacerdotes leuitici generis fratres nri qui nob in execucione sacerdotal
officij coadiutores existunt, is vero sup eos sacerdos aut iudex existit, cui dns
inquit in petro quodcumqz ligaueris etc. Hec omia continet tex. qui ss sunt
le. c. per ven. l. ex rationibus et §. sunt autem, quare dicit Jo. mo. et refert
Jo. an in nouella in c. sup eo de hereticis. li. vj. q cetus Cardinalium est in hac
possessione q ardua negocia ppa ipius consilio tractentur et terminentur
quobrem Celestinus ppa multas abbacias Epatus et supiores dignitates dicit
se multociens vidisse cassari p successorem Illa ardua que precedens ppa sine
suorum consilio terminauerat: ymo quod plus est refert archi. in c. sunt
quid xxv. q. i. singularem opy. Laur. dicentis ppam sine consilio Carlium
non posse condere generalem legem sup vniuersali statu ecclie. quam quidem opy. no
comprobo sz coloro ea racione quia ut dicit tex. xcvj. di. Constantinus Reu^mis
clericis sancte Ro. ecclie seruientibus, qui cardinales sunt illud culmen singlare
potencie et pexcellencie habere concessum est quo amplissimus senatus apud
Jmpatores decoratur: Sz diuinus Jmpator pfitetur non aliter a sua clemencia
legem promulgandam quam illa prius cum gloriosissimo cetu senatus sui tracta
tus sint atqz digesta ut l. humanum C. de leg. etc. Vult igitur sancta sy
nodus Ro. pontificem inducere ut cum consilio cardinalium ardua gerat
cum dubium non sit, omnia que consilio pmo geruntur iure merito effectu
ac firmitate subsistere C. de repu. l. dubium. Volt synodus Ro. pon. suadere
vt ipse Carles quasi carles honoret: ad hoc ut ipi ppe a Cardinalibus quasi
carli honor deferatur. Scitu est illud Oratoris domiciij dicentis ad Jmpator
Cur ergo te habeam ut principe Cum tu me non habeas ut Senatorem dicit pul
cher tex. xcvj. di. esto subiectus.

De alienacione p ppam facta

Admiratur pterquoqz dolet sancta synodus ipm pontificem plures alienasse
Ro. ecclie terras plurima eius tollancia subuersa fuisse eius ecclie loca, plura
pdere exposita, Attendamus verba bti bernardi ad Eugeniu que refert archidia.
xij. di. non decet, ad ppam sic loquentis Considera autem sanctam Ro. ecclesiam cui
deo auctore psides ecclesiarum matrem esse non dnam, te vo non dnm Epoz
sz vnum ex ipis etc. Vnde in Concilio affricano decretum est prime sedis
Epum qui est Romanus non appellari principem sacerdotum aut summi sacer
dotum aut aliquid huioi, sed tantu prime sedis epum ut est expssum xcix.
di. prime sedis lz hodierno in usu aliter loquimur, boni pastoris est condicione
ecclie non deteriorem sz meliorem reddere. Vnde non dicitur platus ecclesiasticaz
rerum no dns sed procurator xij. q. i. si priuatum de dona. c. fraternitate
vnde Ro. pon. non dissipacio, sz dispensacio credita est, non destructio sed
edificacio. xxv. q. ij. priuilea. dicet ne g quis meliorem esse fram ecclie
condicom ex terrarum suarum alienacione subuersacione pdacione certe nemo
decreuit Symacus ppa hoie pdere ecclesiastice sube alienator. xij. q. ij. no
licz ppe, quod decretum, licz successores no artet Nichilomin ad obseruacionem
incitat de Repts e. si. li. vj. Ea enim q sui pdecessores recte statuerint si

abroget Ro. pont. non constructor sed eversor esse penitus comprobatur xxv. q.
ij. si ea. Hoc autem alienationis crimen tanto detestabilius est, quanto dicatur
ipse Ro. pont. jurasse se non alienaturum etc. sine consilio Cardinalium quod
dicitur minime requisisse et sic miserabiliter dicatur incidisse in crimen periurij.
et si dicatur non extendi iuramentum hoc ad alienationes in causam licitam seu
necessariam. Advertendum quia tres sunt casus, aliquando enim iurat quis se non
alienaturum simpliciter, aliquando sine consilio alicuius, aliquando sine alicuius consensu.
primo casu non extenditur ad alienationem licitam et necessariam, hic est casus de rebus
eccl. c. fi. 2o et 3o. includit etiam alienationem licitam et necessariam, necessarium est
enim ea verba ad alienationem aliquam licitam referre quoniam non est verisimile quod illici-
tam alienationem faceret quis, ductus consensu seu consilio proborum virorum et hoc
est quod not. Jo. an. de re. eccl. c. fi. Immo de re ecc. non al. c. ut sup. et sequitur
dominus bal. in usibus feudorum ad hoc mot. ex c. ad usus de emu. ecc. Porro
si dicatur non extendi prohibitionem alienationis ad res ecclesie infeudari con-
suetas, quoniam illas ad ecclesiam reversas potest prelatus denovo aliis concedere ut in c. ij
de feudis et habetur plene Episcopum vel abbatem c. i. in usi. feu. Respondetur illud esse
verum non noviter reverse ad prelatum per annum remanserint, quoniam tunc tanquam
feudales denovo infeudari non possunt, quia propter temporis illius lapsum dicuntur
effecte fore demensa, hoc est quod singulariter not. archid. in c. i. xxxv. q. viij.
pillum textum, cuius opinionem generaliter sequuntur moderni in c. ij. de feudis et in c.
que in ecclesiarum de consti. quod etiam notavit bar. in l. i. C. de bo. va. li. x. et
Ange. c. ti. l. si vacans. Ceterum et si denuo infeudari debuisset, non tamen
hijs qui in illas de facto se intruserint violentum enim possessorem princeps non
defendit sed deicit. C. de feudis et saltibus rei dominice l. si qua loca li. xi.
C. viii. vi. l. aucte. Nec profecto illis infeudari debebant, per quos constat
vehementer afflictam ecclesiam, dicit enim tex. sic indignum est ab ecclesijs bona fieri
per quos constat in ecclesia scandalum generatum. ne cle. vel mo. c. ij. in fi. Et
ut de terrarum subversione pauca perstringamus, boni principis est urbes con-
tritas atque concussas restaurare, novas edificare, non veteras demoliri.
xcvi. di. boni principes, quoniam in dominij augmento gloria principis est, idem
minuitione contestatio i q. iij. ecclesia. §. Item david, et alibi dicit tex. mi est ma
imperium ampliare potius hominum adiectione quam pecuniarum copia. ff. de bo.
damp. l. fi. §. si plures. Audite quid divi Imperatores pro reparatione urbium ne
vetustate labentur constituerunt sic dicentes, Ne splendidissime urbes vel
opida vetustate labentur, de redditibus feudorum rei publice terciam partem re-
parationi deputamus habetur hec l. C. de ope. pu. l. ne splendidissime. At-
tendite quanta eis fuerit cura per novas urbes Imperium augere, non per destructi-
onem antiquorum diminuere. Cum legem statuerint dicentem, Nemini liceat
nova opera inchoare, priusquam ea que incepta fuerint diligenti studio instaurata
que compleverit, cum ex hoc plurimum laudis acquisiturus sit, et rei publice
facturus utilitatem. C. e. ti. l. nemi. ff. eod. l. opus. Advertite queso quanta
eis cura opus fuerit circa civitatem custodiam et eius opidorum, legem enim

statuerunt ita dicentem scilicet si alique Ciuitates seu Castella nimie sint magnitudinis et hominum habeant raritatem et propter hoc bene custodiri non possunt expedit rei publice utilitati eas ad talem modum reduci ut possint per paucos bene seruari hec iste tex. C. de offi. pfecti affr. l. in nomine dni. §. pterea vero. Si igitur Imperator reparationi conseruationi noue constructioni non destructioni studet quanto magis Ro. pon. qui prius omnis pr ac pastor esse debet cuius pietas consilium debet pliberis capere dicit tex. ff. de adulteriis l. nec in ea cuius regimine inhumanitate non in feritate consistere debet dicit tex. ff. de parricidis l. diuus consideranis quod nichil tam ppium est imperiali maiestati quam humanitas per quam solam dei seruat imitationem dicit tex. C. de dona. inter viru. l. fi. Imitetur modernus pontifex eplam Sanctissimi ppe leonis sic dicentis Scire uos oportet quod nunquam ab aliquibus nros sinimus opprimi sed si necessitas ulla incurrerit pro ea aliter vindicamus quia uri gregis non dissipatores sed in omnibus ultores esse debemus et papam adiutores habetur iste tex. xxiii. q. viii. scire.

Ppa tenetur tractare familiam sui pdecessoris

Dicitur igitur Ro. pontifex familiam que suo pdecessori fideliter seruiuerat non fouisse sed spoliasse quod quidem mirum in modum omnium animos premit perturbat verba enim salubris circa hoc constitutionis hec sunt scilicet substitutus autem antistas suscepte sedis comoda ordinabit et eis cum his uti debet quos cognouit disciplinae ac caritati pdecessoris sui fideliter deseruiuisse habetur iste textus xii. q. ii. in c. hec huius placiti

Apple de concilio ad ppam non valet

Miratur sancta synodus Ro. pon. admittere appellationes indifferenter ab eodem ad ipsum interpositas illud autem absurdum est hiis quidem rationibus quia a suis synodalibus appellari Concilium Calcedonen. prohibuit 2o quia si igitur a sententia pfecti ptorio princeps phibuit appellari quia credidit eos qui ob singularem industriam eorum industria explorata eorum fide et grauitate ad huius officii magnitudinem elegit non aliter iudicatur esse pluce ac sapientia dignitatis sue quam ipse iudicaturus foret ut habetur tex. ff. de offi. p. ptorio l. i. §. fi. tanabulis. Si etiam igitur a sententia regum appellari phibitum est scilicet propter excellentiam dignitatis ut habetur tex. notabilis ff. de ori. iur. l. ii. §. ex pactis quanto magis phibitum esse debet a sententia generalis appellari cum non dubium tot tantos quod pres qui spiritu sancto ducuntur non aliter iudicaturum fore quam ipse iudicaturus fuisset quid denique dignius concilio generali quod vniuersalem ecclesiam representat quam constat errare non posse Ad quid ergo admittitur a suis sententiis appellatio cum illa introducta sit ad detegendum errorem aut iniquitatem prioris iudicis quorum neutrum in sancta generali synodo contingere pot nisi errore facti quo certum est ecclesiam falli posse de sen. ex. c. a nobis el ii. xxxv. q. ix. in §. Veri quoniam 3o ipsum generale concilium vices tenet cetus aplorum dicit Notabilis Canon Concilii Triburien. ii. q. iii. si quis ptr. nusquam autem comptum est ab ordinatione per aplicum cetum facta appellatum fuisse et quamuis legimus tex. dicentem apticam sedem absoluisse quos synodus iniquo suple errore facti dampnauerat x. q. iii. cuncta per mundum quamuis etiam habeamus quod cum Rome exularet

Mathias [illegible] hereticus

Macharius hereticus et a Sancta Sexta synodo depositus, et ad eum bonifacius ppa continuo mittet ipsum monens, ut emendaret se, ut illum posset suo ordini restituere. Ut habetur. j. q. vij. conuenientibus &c. Rome. Sunt etiam sancitus Lotarium Suesonen et Goffronem placentin epos a Sancta Synodo reprobatos et condempnatos p Nicolaum ppam reconciliatos fuisse, ut in dicto. § c cum in fi. l. di. Nunquam tamen legimus p viam appellationis ad Ro pontificem causas huiusmodi fuisse delatas, potuerint aut alijs plurimis modis deferri. Ad memoriam reducat Ro pontifex quod iniuriam fecit Re[ver]me synodo si quis semel iudicata ac recte per eam disposita rursus revolvere et publice disputare contempnat. C de sum tri. l. nemo clericus

Turbantur omnium patrum mentes Ro. pon. p sanctam synodum iustissime alligatos absolvere nulla satisfactione facta cum notissimi iuris sit etiam superiore a suo inferiore ligatum non posse absolvi sine congrua satisfactione et absque eius inferioris consensu de off. or. c. cum ab ecclesiarum et c. ad reprimendam cum si

reciperet eum in ordinem suum etc. Solucio ex hoc nulla probatur superio
ritas cum etiam habeamus tex. dicentem quod episcopus quem Romanus
pontifex dignitate priuauerat sancta synodus canonice suam
restituit ecclesiam in summa etiam habeamus quod et a sentencia Metro
politani appellatur ad prouincialem synodum cuius ipse caput est
A sua Metropolitano appellatur ad synodum prouincialem etc.
xvij. di. c. multis. ij. q. vj. c. omnis oppressus et no. glo. de appel.
c. ab appellacione lix. Econtra si inter episcopos eiusdem concilij emer
serit dubitacio ad eorum metropolitanum recurratur ut cum aliis quibusdam
eiusdem concilij rem diiudicet dicit tex. vj. q. iiij. in c. si inter. Ceterum
per sanctam synodum dampnatos ad sedem apostolicam querelantes non
facili admitti debere nec passim a Romano pontifice in communione
recipi declarat epistola affricani concilij ad Celestinum papam dicens

Epum a nobis excomunicatum tua sanctitas credens appellasse quod probare non potuit grom reddidit quod quidem minime licuit pfito itaqz debite salutacionis officio deprecamur, ut deinde ad vras aures hinc uenientes non facilius admittatis, nec a nobis excomunicatos ultra in comunionem uelitis accipe etc.

Responsio data ambasiatoribus Electorum Sacri Impii per dnm Ludouicum de Roma prothonotarium dignissimum:

VENERABILES patres et spectabiles viri. Reverendissimorum patrum et Illustrissimorum principum Electorum sacri Impii dignissimi Oratores. Oracio vra in medio huius sacri cetus pposita, tres habet effectuales particulas. Quarum prima continet, seruandam a nobis esse consuetudinem Juxta catholicam doctrinam. Laudabile vbum et sapientibus dignum hoc fuit nos ad mansuetudinem instruens, de qua sex priuilegia in sacra scriptura nont. Primu quia placet deo iux illud, sapia et disciplina timor domini et complacet ei fides et mansuetudo, 2m quia mansuetus a deo in curam suscipit. Juxta illud psalmiste suscipiens mansuetos dns etc. 3m quia mansuetis dat deus graciam pubiorum ius dum dicit ipse deridet irrisores mansuetis dabit graciam: 4o quia mansuetudo ppat ad intelligenciam vbi dei pz ecc. v. dum dr. Esto mansuetus ad audiendum vbum dei ut intelligas et cum sapiencia pferas etiam apud psalmistam dicit. docebit mites vias suas quod vbu transfert gracianus xvi q. 1. nos aut Quintu est ex mansuetudine oracione a deo impetrat. Judit ix. dicentis humilium et mansuetorum semp tibi placuit depcacio etc atqz p eam miam consequimur Juxta euangelicum vbum dicens, beati misericordes bti mites qui ipi miam consequentur que vba transfert gracianus xxiii. q. iiii. in c. hec autem. Sextum quia p ipam eterna habetur hereditas iux illud Math. v. beati mites qui ipi hereditabunt terram etc. Omnia hec archidi formaliter colligit de peni. di. ii. i. c. querenda. Et ut an mansuetudinem seruauerimus videamus, inspiciendum est, quid mansuetudo significet, Et certe scdm archidi. referentem papia in c. nos autem

Nota sex priuilegia mansuetudinis in sacra scriptura nominata

Quid significet mansuetudo

Circa mansuetudinem servandam in correctione

xvj. q. 1. mansuetus dicitur quasi misericordie assuetus ut mansuetudinem sequens Nunquid ergo hec sancta Synodus in Romanum pontificem misericordiam fuerit inserta et Synodales processus eum atque etiam ipsius pontificis gesta deducunt luculenter in medium.

Primo enim et si iuxta decretum duodecime sessionis fuerit Romanus pontifex monitus ut infra dies xl a tunc labentes pure simpliciter realiter et cum effectu huic sacro concilio adhereat alioquin ex tunc eum ab omni administratione papatus ipso facto suspenderet, propter quod et nunquam pure realiter et cum effectu adheserit, tum eius synodi decreta non servando, tum eiusdem supposita varie molestando, potuisset ipse declarari tamquam realiter non adherens eo ex capite fuisse suspensus tamen nesciens Synodus interne pietatis ac mansuetudinis oblivisci ab ipsa declaratione abstinuit illum in papali administratione tollerans. Secundo quia et si ex eo quod ipse dominus Eugenius egit scilicet isto durante sacro concilio quod in sua proch dolor verbali non reali adhesione semper professus est se non potuisse dissolvere Synodum aliam que tamen conventiculum est inducens potuit ex hoc ipso papali dignitate privari iuxta sententiam beatissimi Cypriani episcopi et martiris, dum de Romano pontifice formaliter loquitur, sic dicentis, quisquis episcopus fieri noluerit foris fiat necesse est neque habeat ecclesiasticam ordinationem qui ecclesie non tenet unitatem, qui enim nec coniunctionem pacis nec unitatem spiritus observat et se ab ecclesie vinculo atque sacerdotum collegio separat episcopi nec potestatem habere potest nec honorem episcopatus sui nec unitate voluit habere nec pacem ut transfert hec verba formaliter Gratianus vij. q. 1. in c. factus est Cornelius et c. Novacianus. Tamen mansuetudinem servans non severitatem hec sancta Synodus eundem ob hoc nondum papali dignitate deposuit.

Tertio quia et si cum in sua novissima pretensa dissolutione dixerit hanc sacram Synodum adversus eum iurisdictione usurpasse dum de suis abusibus de suis deformitatibus facere iudicium querit cum tamen synodi iurisdictio hoc in casu notoria sit ut sacri Constantiensis Concilii decreta demonstrant. Ex quibus Johannes xxiij a papatu depositus extitit per cuius depositionem ipse post felicis recordationis Martinum apostolice sedi presidet, potuit, quia declinans tribunali cuius notoria est super ipsum iurisdictio, tamquam contumax condempnari et igitur ob hoc ipsum solum excommunicationis sententia innodari ut eleganter terminat Innocentius de elect. c. Cumana in addicione sua, qua ibi refert

Jo. an. in nouell. Et est casus singularis in l. ij. C. ubi quis decuriali
uel cortali. tn hec sancta Synodus in solita pietate pseuerans huiusmodi
excommunicationis sniam non emisit quam tamen si voluisset licite pmulgasset
Quarto quia et si ex eo proterviter contumax quod a sancta Synodo
citatus ut sup criminibus de quibus delatus est responderet nec dum
non comparuit sed eandem temere dissoluit eiusque supposita excoicat.
quod non aliud est quam Synodum ipsam sanctam anathematizare po
tuisset eo ipso a ppali administracion suspendi cum et si ptaculari
ecclie psidens minus vocatus eo quia illam suis malis moribus
et dilapidacione scandalizans quia Judicis pnciam p contumacia
adire contempnit in pine litis ingressu suspensionis sniam patiatur
ut est casus de dolo et contu. in c. ueritatis. multo magis idem dici
posse arbitrandum sit in eo qui contumax est in Judicij limine cum
citatur. quia uniuersalem ecclesiam notorie scandalizat. hec tn sancta Synodus
solita sibi benignitate compaciens expectare eligens. si aliquali sibi
temporis mora concessa reuera voluit ad cor Jurisdictionem ecclie
sup se esse cognoscens eidem compendio obtemperans. trium mensium
terminum sibi pfixit infra quos reuocande sue ptense dissolutionis
obtineat facultatem quod si secus egerit eum ab administracione ppali
suspendit. non nouum aliquod pnti iussione pcipiens. sed id quod olim
in decreto huius sancte Synodi p ipsum Romanum pontificem recepto
statutum est seruans. In quo forma traditur pcedendi adversus Romanum
pontificem, temere generale Concilium dissoluente. Numquid ergo
hec sancta Synodus tanta clemencia adversus dominum Eugenium vsa. tamen
penas quas potat acerrimas infringere obmittens. tum non oportuni
tatem temporis quo illas infringere poterat captans, sed post tempus
longa interualla minorem ex sup relatis penam eligens. non quidem
ut nouiter illam statuens, sed ut ex antiquo decreto eandem sumens dominum
repetitis vicibus amonens ipsum ut se ac gregem sibi commissum in via
salutis dirigeret hijs medijs omnibus apud ipsum pdesse non valentibus
ulterius debeat mansuetudinem obseruare, docemur pmo ex beatissimo
Celestino papa in c. docendi lxxij di. dicente sic. Si que enim sola amo
nicionis auctoritate non corrigimus. necesse est ut pseueritate congrua
vindicemus. 2° ex tex. beatissimi pspri quem trasfert Gratianus
in c. ecce sunt xxiij q. iij. sic dicentis. Crimina quorumlibet etsi ipsis
criminosis confiteri nolentibus undecumque claruerint si non fuerint

patiencie levi medicamento sanata Igne quodam pie increpacionis
urenda sunt et curanda quod si nec equanimiter sustinentis ac pie
increpantis medela profecerit in eis qui diu portati et salubriter
obiurgati corrigi noluerint tamquam putride corporis partes ferro de
bent abscindi ne sicut caro morbo mortua si abscisa non fuerit sa
nitatem reliquie carnis putredinis sue contagione corrumpit Ita
isti qui emendari despiciunt et in suo morbo persistunt si depravatis mo
ribus in sanctorum societate permanserint eos exemplo sue perdicionis
interficiant: 3o docet nos beatissimus apostolus paulus dicens paratus
sum ulcisci omnem inobedienciam cum completa fuit prior vestra obediencia
quasi diceret primum debet superior salubri admonicione subditi male
agentis obedienciam exprobare quod si pareat a peccato desistens bonum
operans deo gratias quia bonum obediencie impletum est: quod si secus non
proficiente mansueta amonicione paratus esse debet prelatus admoniti
se non corrigentis ulcisci inobedienciam Ita verba illa beatissimi pauli
exponit gloriosus augustinus xxiii q. vi in c. sasmatici ad finem Ita etiam
declarat gloriosus Gregorius in de excommunicatis xxiii q. iii. Ita etiam interpreta
tur Inno. iii. in c. ad hec usus fi. de postu. prela Quarto nos docet
gloriosus Jeronimus quem refert gratianus in c. non est iniquitas xxiii q. v
sic dicens non est iniquitatis sed caritatis ac pietatis racione devictus
qui propterea est criminis persecutor ut sit hominis liberator, que enim est
ista iniqua que ista pietas unum parcere omnes in discrimen adducere
dicit idem Jeronimus refert gratianus xlv di. c. sed illud. Quinto docet nos
Beatissimus augustinus in c. non putes et c. qui viciis xxiii q. v sic dicens
non putes te amare servum tuum quia eum non cedis aut tunc amare filium
tuum quando ei non das disciplinam aut tunc amare vicinum tuum quando eum
non corrigis non est ista caritas sed languor. ferveat caritas ad omne
dandum ac corrigendum si sunt boni mores delectent si sunt mali
emendentur qui enim viciis nutriendis parat et fovet ne contris
tet peccantium voluntate, tam non est misericors quam qui non vult
cultrum rapere puero ne audiat plorantem et non timeat ne vulne
ratum videat ut extinctum. hec ille. Alibi dicens melius fore cum
severitate diligere quam cum lenitate decipere xxiii q. iiii. in c. nimium
Sexto nos docet ipse Gloriosus augustinus v. q. v. in c. non omnis sic di
cens quis nobis potest amplius misericors et mansuetus esse quam deus et tamen
nos non solum docere suaviter verum etiam salubriter terrere non cessat
fomentis lenibus quibus omnes consulatur sepe etiam mordacissimi me

dicamentu tribulacionis adiungit excecat fame patriarchas et pios et religiosos pplum contumacem penis grauioribus agitat no aufert ab aplo stimulu carnis. tercio regitus ut virtutem in in firmitate pficiat et infra sic subdit. nonerie alij furem auerte dis pecoribus pabulum sperge z pastorem aliqn flagello ad gregem pecora errancia reuocare. Septimo nos docet gloriosus Ieronimus in c. legi xxiij q. viij. sic dicens Non est crudelitas crimina p deo punire s3 pietas. Unde et in l. dni dr. si frater tuus et amicus tuus et vxor que in sinu tuo dormit depruare uoluerit veritate sit manus tua sup eos et effundes sanguinem ipoz. Octauo nos docet dns nr yhus qui et si discipulis suis dixerit discite a me. quia mitis sum z humilis corde ut etiam transfert gracianus in c. qui sat ij. q. vij. tn sollicite psiderandu est. q et p totum tex. sancti Ewangelij nusq reptus est tanta seueritate tam districta censura iusticie petoz genus aliqd corripuisse ut Symoniacos. quos non solum eloquio increpans verum etiaz facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de templo apte monstrans illos non sicut ceteros petores corripiendos s3 a templo dei .i. sancta ecclia longius pellendos. vba sunt hec formalia alexandri ppe translata p gracianum i. q. iij. c. ex multis. Postremo nos docet beatissimus Gregorius in moralibus in c. disciplina xlv. di. qui docens qualit decet supiorem cum seueritate iusticie miscere mansuetudinem sic dicit. sit itaq3 mansuetudo s3 non seueritate emolliens sit rigor sed non exasperans sit zelus. s3 non inmoderate seuiens sit pietas sed no plus q expediat parcens etc.

Secunda quidem particula fuit. ut offensaz quidem ac iniuriaz p Romanum pontificem huic sancte Synodo illataz obliuioni in nobis induceremus quod non aliud est quam ex his ipm non corripe s3 indulge. pbatum quidem et elegantissimum vbum hoc est. sed p eius declaracione sciendum dupliciter offensam intelligi posse. Primo put infertur p.e tamq pruate considerate. illius quidem in nobis causari d3 obliuio offensori indulgere psecucio vindicte non fieri. 2.o quidem put infertur eccle z qnt deo z spui sancto et in hac quidem venie non est locus sed acerrime correctioni. hoc quidem primum nos docet ~~gracianus~~ gloriosus ambrosius qui relatus p gracianum xxiij. q. iiij. in c. q xpus dicat Aplos no zelo iusticie sed

de obliuione iniuriarum

offensio psonal pruata

amaritudine odio ob iniuriam sue expulsionis vindicanda sama
ritanos igne consumere volentes dūs volens iniuriā ppe psone p
paciencia et cum gaudio tollerare Iniuriam uō dei non inultam relin
quens increpat dicens nescitis cuius spus estis hinc et petrus
qui cum alijs audiuerat beati eritis cum maledixerint vob homines
et dixerint omne malum adūsus nos gaudete in illa die et exultate
qm merces vra copiosa est modicis contumelias sibi illatas cum gau
dio suscipiebat peccata uero que in dnm committebantur acerrime puni
ebat Vnde Ananiam et saphiram spiritui sancto mencientes mortis
sentencia percussit Sic etiam paulus magum illum qui credituros
sue pdicacioni corinthios retrahebat cecitate percussit ut ceci per
territi pdicacione eius non impediebant Et Corinthicum illum for
nicatorem quia in dnm peccauerat sathane ad vexandum tradidit
hc ille. 2o nos docet gloriosus Gregorius qui relatus xxiij. q iiij.
in c. inter querelas et c sicut qui sic dicit Nil se de celestibus oste
dit cogitare sed terrenam se tm conuersacionem habere significat
qui pro iniurie ppe vlcione inoffensorem seuit Ceterum si is qui
platus est domini debitori culpam impune dimittit non medio
cter pfecto deum offendit quia debita celestis Regis et domini ppa
psumpcione resoluit Ea namque que in nobis committuntur facile dimitte
possumus ea vō que in dnm sunt commissa cum magna discrecione
non tm sine pnia possumus relaxare 3o nos docet idem gloriosus
doctor et pontifex qui relatus in ca. salomitane lxiij. di. sic dicit
Ego que in me commissa sunt ex corde relaxo Alia uō que in dnm co
missa sunt ppter deum irrequisita pterire non possum. 4o nos do
cet gloriosus Aug. in c. duo sunt xlv. di dicens Elemosinam
cordis esse cui offensa ppa ibi dimittitur a quo lesus es cum tamen
illi non sit dimittendum a quo deus offenditur Quinto nos docet
Canon Concilij Cartaginen qui relatus in c. sedicionarios xlvj. di.
et declaratus xlv. di. c. et qui emendat dicit Iniuriarum ppriarum
vltores in hoc puniendos quod in clericos non debeant ordinari offen
sorum non dei vindicatores pmiandos Sexto nos docet clerus in
epla cleri Romani scripta Cypriano ppe que igitur lata in c. absit
l. di. sic dicit abesse debet esse ecclia tunc veritas seueritatis
dimittere cum sancte fidei maiestas euertitur cum non domus sed
plurimorum ad est pparata ruina si quis priceps delicti est non corripitur
Cuius iniuria quippe atque offensa Romani pontificis non in nos sed

in deum vtitur quod primi patet quia sacerdotes hic sub nomine con
cilii legittime congregatos blasphemiis contumeliisque persequitur
dum ad principes litterarie dicat eos in ipsum calumpniose varia crimina
confinxisse nec ex illis unum veritate fulciri Succedit ergo tex Alexandri
pape relatus iij q i c nulli dubium ad fi dicens quod dum Cruciatque
qui eum in suis sacerdotibus persequitur scandalizatque eciam et igitur
deum dum iniqua pretensa dissolucione dicit sacrum Concilium aduer
sus ipsum jurisdictionem usurpasse dum citatus ut se de criminibus
purget in suos judices anathematis sinam profert dum unitatem
ecclesiasticam scindere molitur qui concilio hunc legittime congrega
to quod ipse alias professus est se non potuisse dissoluere illius te
mere attemptate dissolucionis aliud Concilium pronunciat in ciui
tate sibi subiecta cuius ipse directe dominus est ubi nemo eum sui po
tentatus metu corripere potest vel etiam dehonorat cum grecos qui primo
cum illa conuenerant et ad quam Eugenius ipse reductionem eorum
tractandam remiserat pro quorum transfretacione hec sancta Synodus
tam innumeros labores perpessa est tam magnum thesaurum exposuit
nobis abiectis penitus et contemptis adducere ad se querit quid plura
Decreta nostra contempnit et sic spiritum sanctum cuius inspiratione edita
sunt violat Reseruacionibus jam irritatis innititur electiones prouc
niente annatas iam dampnatas ut prius recepit Cardinalem hac
durante Synodo et decreta contra ipsum, inter citatione atque tunc in eius
noticiam deuenta contra synodi decretum creat Succedit tex Anacleti
pape relatus in c ille xciij di dicens sic ille procul dubio scandalizatur
in deum qui recta non docet et qui eius etiam scandalizat dicat apostolus
congregatis dominus quorum cetum hac sancta Synodus reputat qui uos
spernit me spernit qui uos tangit pupillam oculi mei tangit habentur
hec verba transumptiue ij q vij c accusacio vi q i c qui nos
Quomodo a nobis ueniam consequetur aspiciet sibi mansuetudinem
obseruari cum nonnumquam mansuetudinem prestiterit postulacio nostris pape
uel amicorum ipse apud illos instanciam faciente ymmo nobis vbique ca
lumpniatur nos apud principes omnes variis blasphemiis litteratoriis
afficit veniat ergo in mentem tex de peni di i § denique et § fleat
sic dicens xpus alios legitur suscitasse a mortuis alios lepra mundasse
alios illuminasse aliorum membra palisi dissoluta consolidasse omnibus
sanitatem peticio nostris pape uel amicorum legitur processisse dicat ergo deus
ut primo multi regent quo oblivione huiusmodi offensa digna est cum nulla

in offendente pararant primo signa ymo continuo maior crescit duricia
maior in delinquendo contumacia, maior in suo errore perseveracio, Suc
cedit ergo tex ille gelasij pape atque leonis xxiiij. q. iij in c. legatur
et c. dampnacionis sic dicens legatur ex quo est religio xpiana uel certe
detur in ecclesia exemplum a quibuscumque pontificibus Aut ab ipsis apostolis
aut ab ipso denique saluatore veniam nisi se corrigentibus fuisse concessa
Auditum aut sub isto celo non legitur hoc scilicet date veniam nobis,
ut tamen nos in errore porro perseueremus Cum prime dissolucionis huius sancte
Synodi penitenciam egerit et ab eadem veniam consecutus extitit Iterum
dissoluere attemptauit ut iniuriam vindicaret quam sibi falso per nos illa
tam dicit Numquid ergo rursus veniam mereatur Audi quid referente
graciano de pen. di. iiij. § qui diuini Dicat Aug. in omelia prima
sic scilicet qui diuini beneficij oblitus suas uult iniurias vindicare non solum
de futuris peccatis veniam non merebitur sed etiam peccata que sibi dimissa
credebat ad vindictam ei replicabuntur Scisma detestabile facit dum se
a corpore vniuersalis ecclesie separat sibi separaces querit, tiremes ad grecos
dirigit seorsum ab vniuersali ecclesia et sic occasionem prestat illis rece
dendi a desiderio vnionis Cum Eugenij opera nos diuisos vident, Au
di ergo quid aduersus scismaticos referente graciano xxiij q. v. in c. no
nos dicat pelagius papa referens Canonem vniuersalis Calcedonensis Synodi
sic scilicet malum aut scisma esse, et per exteras etiam potestates huiusmodi homines
opprimi debere et Canonice scripture auctoritas et patrum regularum nos veri
tas docet, quisquis ergo ab apostolicis diuisus est sedibus in scismate eum
esse non dubium est et contra vniuersalem ecclesiam altare conatur erigere Sed
quid de talibus Calcedonensis Concilij Canon statuit gla. nra. considerat
vbi post alia sic dicit qui a communione seruitutem suspendit et collectam
facit et altare constituit nec voluit uocanti superintendenti suo con
sentire noluit eidem acquiescere et obedire, primo et secundo vocatus
hunc omnimodo dampnari nec vnquam uel oracione idest ut supplicacionem
mereri, nec recipere eum posse rursus honorem si eum permanserit
turbas faciens et sediciones ecclesie per extrinsecam potestatem tamquam se
diciosum comprimi hec ille ad idem c. ti. c. de liguribus Nunquam se hu
iusque humiliauit, ut delicta recognosceret sua sed prechdelor continuo
redditur pertinacior Numquid ergo venia dignus sit an seueritate
Audi quid Greg. dicat referente graciano ij. q. v. c. quanto sic scilicet
sicut humiliati a potentibus locum venie negare non debemus, sic in
contumacia persistentibus conuenit nos esse seueros, Audi quid etiam dicat
Aug. xxiij. q. j. in c. noli sic scilicet bellanti et resistenti violentia

redderetur victo vero misericordia iam debetur quando talis est neque pacis perturbacio non timetur. Delicta que sibi per hanc Synodum opponuntur quamvis notoria non fatetur, sed palam diffitetur. An igitur negocio huiusmodi dilucione sit digna an misericordia. Audi quid Augustinus dicat referente Graciano de penitencia di. i. § quem penitet, sic deus enim qui misericors et iustus est, sicut conservat misericordiam in iusticia, ita et iusticiam in misericordia. Operis enim numero est peccanti peccata dimittere sed oportet ut iustus misereatur iuste. Dignus est misericordia qui spirituali labore petit graciam. Laborat enim mens paciendo erubescenciam dum delicta fatetur, et quoniam verecundia magna est pena qui erubescit pro Christo fit dignus misericordia. Unde patet quanto pluribus confitebitur in spe venie turpitudinem criminis tanto facilius veniam consequetur. Hec ille. Et hec de particula secunda.

Tercio dixistis supersedendum esse a processibus inchoatis querenda fore pacis media propter periculum scandalosi scismatis evitandum. Respondemus processus duos pendere contra Romanum pontificem. Primus dumtaxat ut compareat de criminibus notorie ecclesiam scandalizantibus se purgaturus. 2us ut infra terminum in decreto prefixum dissolucionem temere attemptatam actu studeat revocare, alias ipso facto suspensum se esse cognoscat. Primum suspendi nec expediens militanti ecclesie videtur. Primo quia ex multimoda Romani pontificis transgressione deus offenditur. Si igitur illius ulcio dilatatur iram adversus nos omnipotens provocatur, quod ecclesie non expedit. Hoc verum esse probat Augustini testimonium qui relatus per Gracianum xxiij q. iiij c. si ea sic dicat: si ea de quibus deus vehementer offenditur insequi vel ulcisci differimus ad irascendum utique divinitatis pacienciam provocamus. Expectavit sancta Synodus diu atque diu ante decretam citacionem ut Romanus pontifex reverteretur ad cor, dirigeret se et alios in viam salutis, quod cum minus factum fuit dei omnipotentis sequitur vestigia cuius actio que nostra instructio est diligentibus verbis refertur per Gracianum transumptive ex Silvestro ac Ieronimo in c. Dyaconi ad fi. xciij di. et in c. Quilisarius xxiij q. iiij sic dicentem: Cottidie nonnullos punit deus ut divina providencia eciam circa humana invigilare noscatur, nonnullos etiam prolonga tempora ad penam expectat ut paciencia sue benignitatis nobis ostendatur, moderacio enim dei ac pietas solum reditum nostrum requirit ac nos cupit longa sua bonitate salvare si non convertimur

peccantium
si diu collisimus si in peccatis illicitis perduramus assidue peccata tunc non
miseretur deus hec ille, Et alibi Symachus papa sic dicat expedit
ut qui moribus proprijs ac nullius conscientie castigatione corriguntur
saltim ecclesiastice et Canonice vindicte perfodiantur aculeis quos ei
dei timor a malo non revocat saltim coherceat severitas discipline
xvj. q. i c similiter xxiij. q. iiij c si quos de elec. cum inter universas
insi. de vi. et ho. cle. c. ut clericorum ; 2º quia ex suspensione huiusmodi
ipsi aperitur via ad longiorem perseverationem in morum suorum deformi
tate in huius sancte Synodi decretorum illicita transgressione in eius
adversus ecclesiam scandalizatione Et igitur ad augendum suorum delictorum
gravitatem cum tanto sint graviora peccata quanto diutius detinent
infelicem animam alligatam iuxta sententiam Gregorij de consue. c.
cum tanto de symo. c. cum in ecclesia de eo qui dux in ma. c. ad hec
de consang. et affi. non debet absit ergo ut ecclesia catholica que neminem debet
laqueum peccati inicere dicat tex. xxvij q. i. i c de filiabus c. de resti
spo. c. literas viam aperiat aggravationis delicti que perficiatur ex data
occasione continuationis eius ; 3º si ex preteritis futura pensamus
prout nos presumptio iuris docet nullum fructum finis optatum hanc sus
pensionem que queritur allaturam esse censendum est Quid nam
petita ad postulationem pie memorie Serenissimi domini nostri Imperatoris
ac dominorum electorum concessa attulerit omnes facile intellexistis
Suspensionis vero processum prorogari non debere inferiora suadent

Non debet prorogari processus suspensionis

primum quia nullam non incurrit in facultate Romani pontificis est, ut
si dissolutionem revocet quam temere attemptavit quod si non revo
cet suo facto in decretum Synodi delinquit, quo ergo dignus sit Syno
dali beneficio qui delinquit in Synodum vos ipsi intelligitis, Receptum est
frustra legis auxilium invocare siquis delinquat in legem si dissolu
tionem non revocat propter quod in suspensionem incurrit, primum ulterius
ecclesiam scandalizat quia illam scindit et dividit cum suo facto ulterior
in solidum varijs in reputari videatur in locis futuris pontificibus
viam aperit ut in suis pro ipsorum reformanda deformitate vocati vocante
Synodum exemplo ducti propria voluntate dissolvant, illam ad locum ubi
non possit corrigi transferentes et sic laxatis frenis propter correptionis
defectum libere poterunt debacchari in perniciem universalis ecclesie, atque
scandalum, An igitur iste dignus sit gratia dilationis processus
Audi quid dicat Eugenius tercius nomine et dignitate predecessor istius
in c sacerdotibus, ne cle. vel mo. sic scilicet indignum est eis ab ecclesia

subuenm p quos constat in eccl[es]ia scandalum generari. Si non reuo
cat manifestum committit sacrilegium quia ecclesiam offendit hic repre
tatam et legittime congregatam. An igitur dignu[m] sit ut supplicatio
pro porrecta exaudiatur Audi quid elegantissime loquat[ur] Gelasi[us]
ppa relatus p gratianu[m] in c. frat[er] xvij q. iiij. sic dicens, nec eni[m]
iure ad supplicandum d[ebet] admitti qui no[n] dubitauit committe[re] sacrile
gium nullus eni[m] int[er] lymina tante ueneracioni deputata hor[um] utrumq[ue]
sibi lic[er]e existimet p sue uoluntatis arbitrio sc[ilicet] ut et humilitate
aut mansuetudinem sibi uendicet delinquendi q[ue] furorem. hec ille
Porro quis sani capitis Synodo expediens fore arbitret[ur] ut illa
a processibus cont[ra] Romanu[m] pontificem supsederet spiritualem eius
gladium protempe in uagina reponeret dum Romanus pontifex
uulneri Synodali gladium dissolucionis adhuc infixum tenet, que
et si illicite uibratum sperni[n]t, tamen euelle[re] si tacet amplius aut
dissimularet sup sederet ne ecclesia catholica in corrigendo Romani
pontificis deformitates cui etiam proh dolor ad maiora deformia
continuo aspirat affectus falsa hec in tempore illa saluatoris n[ost]ri
sentencia ess[et] de ecclesia dicentis aduersus eam inferi portas no[n]
preualituras id est illam subici non posse pecto mortali, cum notissima
sit in iure sima quin mortale peccatum sup intendentem in curie si
inferioris deformati correctione taciturnus sit atq[ue] negliges
tex. est xl di. in c. si ppa dicens taciturnitatem in plato id esse
quod magis sibi officit. Et alibi tex. Nicolai ppe positus xliij. di.
c. dispensatio in psona ecclesie loquens sic dicit Dispensatio est nob[is]
celestis seminis iniuncta. ve si non sparsimus ue si tacuerimus no[n]
est enim leue discrimen, ig[itur] graue incumbit pontificibus siluisse q[uo]d
loqui conuenit, hec ille. Etiam vide quid dicat tex. de accu. qualit[er]
2 q[uan]do §. ad corrigendos sic sc[ilicet] ad corrigendos itaq[ue] subditorum excessus
tanto diligencius d[ebet] platus assurgere, quanto dampnabilius illorum
offensas desit incorrectas. Respice quarto § quid dicat Roma[nus] — hylarius
Ep[iscop]us xxxv. q. ix in c. q[uo]d quis sic sc[ilicet] quod quis commisit illicite
aut a suis commissum inuenit si proprium periculum uult uitare damp — No[ta] de commisso illicito
nabit. Et hec conclusio glosatoris est. xxv. di. §. criminis Et si mor
tale peccatum est in tacendo aduersus correccionem inferioris, quanto magis
cum tacetur aduersus eum q[ui] in ecclesie nomen ut ordine primatus tenet
cum illo peruerse agente nemo in ecclesia amplius noce[re] possit, Audi

quid dicat aug. lxxxiij di. in c. nemo sic scilicet Nemo quippe in ecclesia
dei amplius nocet quam qui perverse agens nomen et ordinem sacerdotis
et sanctitatis tenet delinquentem namque hunc redarguere nullus presumit
et in exemplum culpa vehementer extenditur cum pro reverentia ordinis
peccator honoratur. hec ille. Si Romani pontificis culpam vindicare
dissimulamus ille referuntur ad nos Illius sanguis in perdicionem
vadens de nostris manibus requiretur apud omnipotentem. Ad huius
probacionem audi primo quid dicat Leo Romanus eps. lxxxvj di.
in c. inferiorum sic scilicet inferiorum ordinum culpe ad nullos magis re
ferende sunt quam ad desides negligentesque rectores qui multam
sepe nutriunt pestilenciam dum austeriorem dissimulant adhibere
medicinam. Adverte 2o quid dicat beatissimus greg. xliij di. in c.
ephesiis sic scilicet ephesiis paulus scribit dicens mundi sunt manus
mee a sanguine omnium vestrum non enim subterfugi quominus annunciare
omne consilium dei vobis mundus enim a sanguine eorum non esset si eis
dei consilium non annunciasset quia cum increpare delinquentes noluit
eos procul dubio tacendo pastor occidit ad idem de off. ordi. c. irrefra
gabili de sta. mo. cum ad nostram. infi. Postremo audite terribile
verbum quod per os prophete loquitur deus ut scriptum reperitur iiio Regum
xx. c. infi. sic scilicet quia dimisisti virum dignum morte de manu tua erit
anima tua pro anima eius et populus tuus pro populo eius Dominus Eugenius
generale concilium ferrariensis convocavit et nititur incorrigibiliter
congregare. cum autem generalis Synodus hic perseveraverit unam xpi
ecclesiam insolidum reputans in heresim labitur qui dicat alibi eam
etiam insolidum reputari posse ipsa hic numerice reputata affir
mat impossibile cum enim ecclesia una sit et illa hic intus reputa
tive sit extra hunc locum esse non potest Audi quid dicat Cyprianus
ad propositum xxiiij q. i. in c. didicimus sic scilicet ecclesia una est
que una et intus esse et foris esse non potest hec ille. Si igitur
apud Basiliensem est apud ferrariensem esse non potest Quippe etiam
in heresim labitur qui offendit articulum illum et unam sanctam ca
tholicam ecclesiam etc. quemadmodum concluditur racione predicta per
glosatorem xxiij q. i. c. non autem. hereticum esse qui asserit esse
eodem in tempore duos petri successores Cum non aliter hoc possit
contingere quin ~~fateri~~ fateri necesse sit non unam sed duas reputari
posse universales ecclesias Si igitur catholica ecclesia hic reputata

continua dissimulacoe si uti uelit liberat Eugenius huius sceleris
principem, que facile posset sequi hominis multitudo. Nonne synodus
ipsa multitudinem illam pro se diceret, audi quid dicat Ambrosius
xxiii. q. iiii. c. i. iniusta, sic scilicet nomine innocentes tradit exicio erroris
qui liberat multorum exicia cogitantem, si sancta synodus actum per
missio non resistit scelum extirpare negligat, nonne tacite premissam
heresim approbabit, sic certe quod tamen absit, decretum reperimus quod
error cui non resistitur comprobatur negligere quippe cum possimus
perturbare perversos, non est aliud quam fovere, predicant isti Illustrissimi
principes nobis pacem, nullum quidem percipimus verbum synodo exploratum
quod in nullo magis verbo delectetur auditus suus, tum enim pacem predi
camus aliis honestum est ut illa cum intra animi voluntate concordet
pacem quam aliis predicamus servare debemus invicem et in omnibus gra
tissimam exstitit sancte synodo intelligere principes hos illustrissimos
quod ad eos pertinebat adimplere. Cum teste Augustino xxiii. q. iiii. c.
c. quam mult deus. Nil magis ad principes seculi christianos pertinet quam ut eorum
tempore pacatam esse velint matrem suam ecclesiam. Unde spiritualiter nati sunt,
Ita frabimus prout ab Augustino docemur xxiii. q. i. in c. Noli. scilicet
pacem inter nos habere velle erit continuo voluntatis, quam si pax
humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium plurimum dolaoz
erit pro eterna salute animarum, pacem illam semper amplectemur
per quam auctoritas universalis ecclesie conservetur illesa Romano pontifici
prout decet sua intendentium potestas sita conservetur intacta, pacem aliter
inire non pax foret sed dissidiis maioris accensio, pontifex enim quia
peccabilis per sua libera voluntate habens laxatas habenas, in prima
universalis ecclesie sua abutitur potestate, solus universa sibi vendicans, solum
dicere volens, non michi necesse est alteri rationem reddere, cur ita faciam,
Inde demum inter ipsum ac clerum consurgent odia, inde principalis lites
Inde detractiones causa, inde origo criminis. Cum venitur ad ineunde
pacis tractatum, iusti mediatoris est, ab alteris disceptantium, vel que
alteri parti molesta sunt, tollat non antea postulare quod eorum explora
tum sit atque indubitatum partem alteram prius expeditiua, quo sancta
synodus in suspensionis decreto supersedebit quod non aliud est quam pene
metu errantes et se separare volentes ad unitatem ecclesie revocare
si Romanus pontifex per prius suum temere attemptata dissolucionem
non revocet, que non in aliud sonat quam unitatem ecclesie hic representate
dividere, scisma et heresim simul causare boni mediatoris est, prius

(left margin:) pertinebat

(right margin:) cor

(right margin:) huius principii

vtriusque disceptantes iura rimari / deinde eo pro quo iusticia sedet-
minus offenso pacem iudicare: Postremo ita agere ut indicta pax
execucionem obtineat. quod si prius in ea execucione ~~obtineat~~ pacis
ponat quam illam vtrumque indixit, hoc non recte componere est sed ab
execucione composicionis incipe. quid enim si prius ecclesia prorogacionem
suspensionis vobis pollicetur postmodum uero Romanus pontifex
eius attemptata dissolucionem revocare pertinaciter denegaret cum
sic in hoc voluntatis ut dicitis vos non certitudinem sed solum spem
que fallibilis est habeatis / Nonne et vos contra vestrum desiderium illusi ac
spe frustrati. Catholica vero ecclesia in novissimo scandalo primo deteriore
maneret vos ipsi iudicate

Ex hac suspensione ipsius Romani pontificis non deposicio causatur
et si necesse fuerit ad illam devenire longa post prius labentur tempora. tractet
interim igitur isti Illustrissimi principes pacis media cum Romano pontifice
Inducant illum ad pacem. qui prochdolor obstinatus videtur ad litem
hec sancta Synodus pollicetur, nequaquam se pacem recusaturum que deo
acceptabilis sit / Auctoritati vero ecclesie non perniciosa Nec erit sibi cure
si ex eadem adversus preeminencia Synodi supposita insurgat obprobrium
Nec dignum postulare videtur nec exaudicione iustum ut ecclesia que adversus
Romanum pontificem nunc reum conventum partes iudicis cepit / ad
illum nicontumacia persistentem / talem pro sua protervitate gloriam / notoria
ecclesie iurisdictionem declinantem legacionem destinet per quam se reo
et contumaci subdito suo inclinare videatur pacem querendo / tacite
se non recte egisse fatendo Vbi nam vmquam lectum extitit aut auditu
in pertinacia persistentem. talem pro sua protervitate gloriam promereri, ut
Iudex ad ipsum predicator accedat dicens pacem cupio a limine instituti
Iuste iudicii recedere intendo: De nova autem loci electione quam proposuistis
in medium pro futuro yconmenico concilio celebrando in presenciarum nil
respondet sancta Synodus. Sunt enim in limine ingressus ad nos legati
nostri ex grecia revertentes / Vnde non rectum videtur ut illis inauditis super re
huiusmodi tractatus inicium sumat / progressumque aliquem habeat / cum et
possibile sit eos talia relaturos. ex quibus forte huiusmodi nec amplius
discuti expedire nec conveniat: hiis auditis Synodus ita acturam est
vt Illustrissimis principibus vestris iusta petentibus grata fuisse censenda
sit Et honorem et auctoritatem ecclesie non contempsisse videatur / que ambo
non possunt sine levi discrimine preteriri. Omnia hec que dicimus plena humi
litatis sunt et eius affectus / quem principibus debet ecclesia. Si quod scandalum
ex hac re futurum aspicietur / non ut iudex est propheta / nos futura dei iudicio

refrenamus presumentes quia principum cor in manu dei est, ea facient que eorum officio noverint convenire. Quorum primum hoc est ut veritatem quam audiunt a sacerdotibus approbatam fiducialiter defendant adversus impios et protervos ut ex beato Crisostomo transfert gratianus xi q. iii in c. Nolite. Secundum ut leges iusta papien contraria probantes competenti vigore faciant observari. Tercium ut oppressam ecclesiam de manu calumpniantium liberent ut ex Ieronimo idem transfert xxiii q. v c. Regum. Quartum ut existiment non umquam se intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenere ut quod non valet sacerdotes efficere per doctrine sermonem ipsi hoc imperent per discipline terrorem ut idem refert xxiii q. v in c principes. Quintum ut existiment nullum deo magis acceptum sacrificium offerre posse quam si qui in ecclesie universalis permitiem debachantur competenti valeant vigore compesci ut ex pelagio idem transfert xxiii q. v in c quale. Indubie credimus magis ad hec suos principes ecclesie iuste Romanum pontificem moveri quam domino Eugenio iniuste illum contempnenti, magis ecclesie iuste reformanti quam Eugenio perperam deformanti. Postremo memores simus eleganter sancte beati hylarii atque Johannis os aurei quam transfert archidiaconus xxiii q. v in c. arrepta hylario sic dicente proprium ecclesie solet esse ut tunc vincat cum leditur, tunc intelligatur cum arguitur, tunc secura sit cum superata videtur. Archidiaconus eius noc per quam designatur ecclesia in undationibus pressa elevata est in sublime quare confidimus quod ille qui post nubilum dat serenum inclitam sponsam suam succedentibus turbacionum fluctibus agitatam, oculo clemenciori ex alto respiciet non ferentur eam in sui nominis iniuriam diucius inculcari hec ille. Johannes vero os aureum dicit sic: Non cessat impugnari ecclesia, non cessat insidias pati, sed in nomine Christi semper vincit, et quamvis alii insidientur quamvis repercuciant eam fluctus fundamentum tamen quod super petram est non quassatur etc. Deo laus Amen.

Que conveniunt officio principis

Anno domini Millesimoquadringentesimotricesimooctavo Indictione prima die xxviii decembris pontificatus domini Eugenii pape quarti Anno septimo

Qo An ad deposicionem ppe in corrib[us] procedi possit etc
edita per reverendum dnm Ludovicum de Roma:.
Omnipotentis dei postulato suffragio

Questio discucienda est, Aliquid adversus ppam incorrigibilem cri
minibus publicis irretitum ex quibus universa scandalizatur ecclia per eam
synodum generalem ad deposicionem procedi possit Et dicendum esse
videtur quod non Quod primo deducitur sic Certum est, quod nullo cri
mine pape magis scandalizari pot ecclia quam ex eius heresi nil enim
magis abhominabile esse pot populo xpiano, quam fidem xpi in
+ membris queri si illa in capite ecclie non reperiatur lxi di i c
mirandum et alibi tex. dicit sic scandalum dei est ppło in membris
queri, est tales psonas sup se pciat positas habere quas ultra
modum viciosas esse constat. l. di. in c de hiis: Sed adversus ppam
de crimine heresis accusatum non videtur Concilium posse procedere
po propter negativa ut proxime demonstratur igitur etc, Illud autem demonstratur primo
ex tex: in § hinc etiam xvii di. Ubi cum apud synodum congre
Symachus ppa gatum Symachus ppa foret, de heresi accusatus patres ibidem
residentes dixerunt, Symachus quantum ad homines respicit sit
immunis et liber Cuius causam totam dei Judicio reservamus etc.
Non est aut dubium quod qui divino examini relinquitur humano judicio
judicari non pot dicit tex. xxiii di. quorumdam. Solucio Symachus
ppa ibidem fuit per synodum absolutus non ex jurisdiccionis defectu seu
carencia sed quia de calumpniosa accusacione synodo constitit ut ibidem
not glo. et sequitur archid quod ex eo efficacit demonstratur quia
prius quam de calumpniosa accusacione Symachi synodo constitisset Inter
loquendo eadem synodus ordinaverat ut prius ad sua dignitatem qua
prius spoliatus extiterat restitueretur postmodum ius veniret ad causam
et accusatorum proposicionibus responderet dicit tex. iii q. vii c Nos si
incompetenter xv. Item Symachus Et si dicatur quod eadem synodus
ipsius Symachi causam dei judicio reservavit et sic videtur fateri se sup
ppam jurisdictione carere Respondeo hoc ideo quia quamvis nulla tunc
constarent crimina notoria et ecclesiam scandalizancia adversus Symachum
tamen poterat ipse occulto crimine irretiri, Cum igitur non habeant in hoc
seculo latencia crimina seu peccata vindictam dicit tex xxxii q. v. in c
xpiana, igitur illa dei judicio reservantur Inde est quod dicit tex. de
sensibus enim et voluptatibus, quia occulta judicat deus ea. ca. 2 q.
§ quod aut Inde dicimus quod ecclia militans non judicat de occultis
xxxii di. erubescant ii. q. v. consuluisti

2o ne[cessari]e Secundo idem videtur probari xxi di. in c. Nunc aut Ubi refertur quod cum
Marcellinus ppa Marcellinus Epus urbis Rome sancte synodo delatus esset de
heresis crimine, eo quia a paganis compulsus eorum templum ingressus
grana thuris sup prunas imposuit in sacrificium ydolorum Noluit de ipso

sancta Synodus iudicare, dicens pape tuo ore iudica causam tuam
non nostro iudicio, prima sedes non iudicatur a quoquam &c. Solucio duplex est
prima quod ideo Synodus non processit quia culpam suam non probationi
metu sed facili fuit professione confessus quinymo ut ex sententia quam in se
ipso dictavit apparet, quamquidem ibidem refert archi. ut a prefata
deponetur rogavit ultroneus Unde succedit pulcerrime tex. i q v
c primo qui de quodam pro quo sacerdocio ascribendo parentes pecunias
dederunt sic formaliter dicit Licet sancti Canones deponendum
hunc esse testantur tamen quia culpam suam coactus commisit, et quia
ab eodem ordine ut deponetur rogavit ultroneus ex consideracione
discrecionis que mater est omnium virtutum, magis quam ex rigore Canonum
misericordie viscera adhibendo ipsum in eodem ordine manere fraterni-
tati tue consulimus &c. Cum eo enim mitius agitur qui commissum fa-
cinus ultronea professione fatetur l di presbiterum x q vlt si quis
presbiter et c qui admisit No. de cle. e. c Innotuit de symo. c ad hec
xxiiij di c si. Unde alibi papa cum eo qui ad sedem apostolicam veni-
ens ultro peccatum confessus est quo impediebatur executio pontificalis
officij, facile dispensavit dicit tex. lvi di quia simpliciter. Secunda solucio
ideo non processit Synodus quia paratus erat Marcellinus corrigi
ymo se correctioni submisit. licet enim papa sit hereticus vel alius quis
si paratus est corrigi non deponitur de here. c ad abolendam xxiiij
q iij hec est fides. Potest adici et solutio tercia scilicet quod ideo non debebat
Synodus ipsum corripere quia coactus fecit, succedit enim tunc tex. dicens
non esse parem causam eius qui victus suppliciis sermone negat
xpm et corde adorat atque eius qui sponte negat dicit tex. de pen.
di i §. pot. fieri Unus enim verus hereticus est Alius vero solum mor-
taliter peccat, qui nulla debili condicione ad hoc inducitur ut xpm ore ne-
get xxij q ij primo. Unde quamvis absoluta coactio in hoc totaliter
a peccato excuset, ut est expressum l di in c presbiteros tamen condicionalis
sed propter vite conservacionem non excusat quominus saltem mortaliter
peccet ita concludit glo. in dicto §. pot. fieri et clarius mihi non solum
abneget xpm xi q iij. Cum ergo ut expressi apparet non incidisset
ob hoc ipse Marcellinus in heresim sed solum in mortale peccatum quo
paratus erat corrigi Igitur sancta illa Synodus adversus eum mi-
tericius procedere debuit, Si enim papa hereticus sit quod Synodus in eum potestatem
habeat vindicte publice exercende probatur di xl si papa notatur glo. xix di
Anastasius archid. in c in fidei de heret. li vi Et huius est racio quia
papa hereticus in eo quod hereticus est inedum inferior est Synodo sed minor
quolibet Catholico dicit glo. xxiiij q i in c Achacius §. si ergo

3º pncipalis
fundamentum

Tercio eciam conclusio probatur ex tex. in c. aliorum et in c. facta ix q. iii dum dicit quod facta subditorum judicantur a papa papa vero non nisi a deo judicatur. ipse enim sedis Romane presulem suo sine questione reservavit arbitrio. Ex quibus tex. concludit glo. in c. si quis pecunia lxxix di. quod si de crimine in papam obiecto disceptetur ipse non est cogendus stare judicio alicuius. ymo ex ipse pot. domini est qui me judicat. Ad idem concurrere videtur tex. Anacleti pape in c. electionem c. di. dicentis electionem summorum pontificum sibi dominum reservasse. Solucio duplex. prima quod et si dicantur facta pontificum summorum solius dei judicio judicari, non tamen per hoc excluditur jurisdictio ecclesie universalis in papam que quidem per generale concilium reputatur. Et hoc duplici ostenditur similitudine. prima ex tex. c. futuram xii. q. i. ubi et si textus de correctione clericorum loquens sic dicat. Vos a nemine diiudicari potestis, quia dei soli judicio reservamini et tamen non est dubium quod ipsi clerici pontifici subiciantur judicio. Secunda similitudo colligitur ex textu Anacleti pape in c. electionem lxxix. di. ii. q. vii. c. accusatio et vi. q. i. c. oves dum dicit electionem summorum pontificum vel sacerdotum sibi dominus reservavit etc. Et nichilominus certum est sacerdotum electionem cum illum mereatur, etiam pontificis judicio reservari. pari ergo racione dicendum quod et si jura dicant Romani pontificis facta solius dei judicio reservari, nichilominus non excluditur jurisdictio ecclesie per concilium representate in corripiendo incorrigibilem papam et notorium ecclesie scandalizatorem. Quod enim agit ecclesia dei inspiratione censetur agere et instinctu ac suggestione spiritus sancti et sic dei judicium factum dicatur dicit tex. viii. di. qui contempta l. di. si ille et c. si quis diaconus de conse. di. ii. c. liquido. Unde dicit tex. Canonum violatores censeri spiritus sancti blasphematores xxv. q. i. violatores. Solucio 2ª colligitur ex verbis Innocentii pape in c. nemo ix. q. iii. dicentis formaliter sic. Nemo judicabit primam sedem justiciam temperare desiderantem, neque enim ab augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo judicabitur etc. Ex quibus verbis apertissime demonstratur tunc primam sedem a toto clero et sic a tota ecclesia judicari non posse, cum justiciam servare desiderat ut illam si rigorosa sit temperare cum virtutum matre discrecione. Cum ergo secundum tex. nono verificantur jura pallidicencia prime sedis facta solius dei judicio reservata et ille tex. est valde notabilis declarans jura premissa que vulgo generaliter allegantur ac ubi prima sedes id agit, per quod non justiciam facit non juris rigore discrecione temperat, sed Romanus pontifex existens incorrigibilis notorie ecclesiam scandalizat. tunc pot. eius detestandum factum per ecclesiam judicari

vt inferius demonstrabitur Eatenus enim manet Petri priuilegium
quatenus ex prima equitate matura discretione ab eadem enimet Judicium dic
tex. xxiiij. q. i. in c. manet. Quarto videtur premissa sententia comprobari
ex determinacione Osti. que sequitur Joan. in c. proposuit de conces. pbe c.
dicentis quod papa intantum habet potestatem super ipsius ut pro facto vel dicto non
possit ab alio accusari vel condempnari nisi inuoluatur crimine heresis xl.
di. si papa. pot tamen si iacet in peccato ammoneri iuxta regulam euuangelicam
si peccauerit etc. de qua ij. q. i. si peccauerit. tam publice quam occulte iuxta
qualitatem facti quia non est exemptus a regula euuangelica non tamen
alteri parti illius regule subiacet in qua dicitur quod si non audierit te dic
ecclesie etc. quia excepta heresis causa non pot iudicari etiam si imperator
et catholicus populus conueniret. ut dicto c. nemo et dicto c. alior. — dic ecclesie Ost.
Vnde quo ad papam secundum eum exponitur verba illa dic ecclesie
idest deo vt ipsum conuertat. vel dic ecclesie triumphanti i. celesti
vt oret pro eo Hec sunt dictorum doctorum verba. Solucio dupliciter
datur prima quod falsa est illa exposicio Ostien. quod primum probatur
ex tex. Jeronimi in c. omnibus dicentis illa verba xxiiij. q. i. et
in c. sed illud xlv. di. melius tamen in dicto c. omnibus dicentis verba
illa dic ecclesie intelligi de ecclesia militanti que est fidelium col
lectio quam ecclesiam si quis corrigentem corripientemque contemp
serit. alijs esse debet tanquam ethnicus et publicanus. 2° probatur ex tex.
Gelasij pape in c. precipue que ponitur ij. q. vij. et Nicolai pape in c.
precipue xi. q. iij. vbi similis ad dictum verbum fit per eos exposicio
3° ex c. Nouit de iudi. et c. quemadmodum de iure iurando. vbi ecclesia
etiam pariter exponuntur verba predicta. Si ergo quo ad alios fideles
peccantes intelliguntur referri verba illa ad ecclesiam militantem
Cur tam varie eadem referuntur ad deum ut ad ecclesiam triumpha
tem in persona pape cum indistincta atque indefinita sint locucio domini
non magis alios fideles concernens quam papam ymo ut ex euuan
gelio apparet in petrum specialiter directa. non est autem dubium vnam
eandemque oracionem non debere diuerso iure censeri utroque non expo
ni ff. de vul. et pu. l. iam hoc iure. C. de testa. mil. l. in testamento — Vna oracio varie exponitur et diuerso iure censetur
ff. de usucap. l. eum qui edes. de deo c. cum in tua de sponsal. c. ge
stire xij. q. ij. c. cognouimus tamen Jhesus. Nonne dominus discipulis suis
omnibus loquens inter quos erat et petrus dixit si quis vnum ex istis
scandalizauerit vnum ex pusillis istis minus expedit ut suspendatur
in collo eius molus asinaria et demergetur in profundum maris etc.
Cum ergo sit summus pontifex subiectus premisse regule euuangelice etc.

qui omni euangelice doctrine subditus est ut est expressum xxv. q. i.
sunt quidam necesse est purificacionem vbi domini quod in papam scandali
zatorem non pasilli sed vniuersalis ecclesie aliquid habeat iurisdictionem
et potestatem executiuam doctrine xpi ac cum nullus prelatum superiorem
papa minus noscatur habere de elec. c. licet xxiii. di. in nomine domini
ad sy. necesse est ut pro ipso notorio crimine scandaloso cum incorrigibilis
est ecclesiam habeat cum et dominus ad petrum loquens per illa verba dic
ecclesie petrum vniuersali ecclesie subiceat. hec in can. Secunda solucio
est ut dictum est verum intelligatur cum peccatum occultum est vel
cum ex eo non scandalizatur ecclesia / at cum peccatum est publicum et inde
ecclesia scandalizatur tunc tota regula euangelica habet in eo locum
et si ammonitus non uult desistere dicatur toti ecclesie in concilio
representate a qua corrigi potest ut infra subiacetur ita dicit glo. singulis
xl. di. si papa quam omnes sequunt et Constanciense concilium canonizat
Ultimo eadem conclusio probari videtur ex tex. xlv. di. q. v. neque
enim qui augustus est et sic dicit nec tyrannice faccionis peruersitas lauda
bilis erit si regia clementia tyrannice subditos tractet nec vitu
patur ordo regie potestatis si rex crudelitate tyrannica seuiat etc. Cum ergo
nullum crimen magis subditos scandalizans esse possit quam cum papa
mores suas crudelitate tyrannica seuiat maxime cum non obseruat doct
rinam beati petri apostoli dicentis Estote non ut dominantes in clero sed
forma facti gregis ex animo que verba ponuntur xcv. di. c. esto subiectus
xvi. q. i. c. predicator. Et ex eo crimine dicat augustinus cuius potestate non de
beri vituperari igitur quis est ut ex eius facto non possit tamen crimine
suo notari Solucio verum est quod superioris potestas quamuis in subditos seui
at crudelitate tyrannica vituperari non meretur per subditos qui minus
ac iustam deposicionem de eo factam per eos pati debeat quam ante
tempus sine non licet subditus a suo superiore descendere viii. q. iii. nemo
nisi in casibus notatis. ii. q. vii. sacerdotes xix. di. anastasius de
presb. c. cum non liceat per Io. an. in Nouella Quarto nimo nec ex tyrannica
seuicia in subditos exercitata debet ita scripturis princeps vituperare vel de
niam prestat a subditis et hoc nedum nimium seruatur humilitatis regendi
regedi frangitur auctoritas dicit tex. Nota lxxxvi. di. c. qui necessi
tas Sed si princeps ob tyrannidem seu scandalosum modum Regendi sibi
commissorum superiori defertur a quo princeps monitus non resipiscat in sua
perseuerans insolencia tunc iure vituperium ~~pat~~ patitur quia ordine iudiciario

noccatunt

beneficio regiminis pt 2 debz exui Iste est primo casus notabilis in c v
qua quicumqz ad vocaciam de penitencia in usi fcri qui tex allat i c
si clericus de cle. viola pac eodem li. qui tex. formalit dicit sic
quicumqz ad vocacionem suam vel aliud quodlibz beneficium in ordinate tracta
uerit et a dno suo ammonitus non resipuerit in sua perseuerancie inso
lencia ordine iudiciario beneficio fiat exutus etc. ad id concurrit
similiter eius quod dicimus de fuis quibus expressum est qz 2 summa
seuicia vel intollerabili iniuria tractentur a dnis punitum est vt
eis iustum de pcantibus auxilium denegetur Et igitur ius dicit
officio domini contulentur a se ipsis illorum dominium abdicare
ff. de hijs que sunt sui vel alie iuris l. ij. § dnorum insti. c. ti §
dnorum Ita igitur in proposito Si pastor pastorum ecclesiam scandalo
se regens inordinate tractans per ecclesiam monitus non resipis
cat ymo in sua perseuerat insolencia regendi officio pt 2 debet
exui, tu si ipse ecclesiam non honorat ipm salubrit ammonente
nec tunc merebitur ab ecclesia honorari Ita ut tolleret ipm scan
dalose regentem atqz incorrigibilem, arg. eius quod dicit orator
dominicus et refert Jeronimus in epla ad neopolitanum sic inquiens
Cur ego te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut sena
torem referuntur hec verba etc. pdicta epla Jeronimi in epla esto
subiectus xcv. di. Est igitur veritas papam suis omnibus notorie
ecclesiam scandalizantem ac ecclesiam inornate regentem, ut se corri
get monentem incorrigibilem posse apud ecclesiam accusari atqz per
illam deniidari pparti quinus ad hanc conclusionem responsiones
facte ad obiecta demonstrant Nichilominus eadem demonstratur
vlterius Et primo sic papa stans in omne notorio scandalizante tota
ecclesiam monitus desistere nolens incidit in suspicionem heresis. hoc
primo probatur ex tex. in c nullus quod e c. si. xxxiiij di sic dicitur
qui enim rebellis viuit et discere atqz agere bona recusat, magis dyabolici
quam xpi membrum esse ostenditur et pocius infidelis quam fidelis esse
monstratur. Secundo ex tex. in c. si qui sunt lxxxi. di. et in c sci
endum viij q. i vbi dicitur peccatum ariolandi esse non obedire
et scelus ydolatrie nolle acquiescere due peccatum paganitatis incurre
quilibz dum xpianum se asserit ecclesie mandatis parere contemp
nentem, 3o probatur ex tex ad propositum notabili in c grauem quod e
c. si. de pen. vbi formalit dicit sic Cum quis pertinacit ecclesie pa
rere renuit claues et comissas contempnendo talis ex pertinacia non
caret scrupulo heretice prauitatis et hec sunt verba dicentis dum qz si
aliaz corrigentem corrigentem qz contempserit sit tibi quasi ethnicus.

Conclusio finalis ex parte affirmativa

monitum

prima demonstracio

id est infidel

ethnicus et publicanus, ut illa verba exponuntur per sacros quem refert gratianus in dicto c. omnibus et dicto c. sed illud Si igitur papa propter eius peccata notoria ecclesiam scandalizans corripientem atque corrigentem contempnit ecclesiam in suspicionem incidit heresis per premissa ob quam vocari potest ut responsurus veniat de fide quam habet in ambobus ecclesie quod si subterfugiat potest excommunicationis sententia innodari quam si pertinaci animo sustineat pertinaci potest ut hereticus condempnari et consequenter deponi a papatu hic est casus c. cum contumacia de heret. li. vi. et c. excommunicamus § i. c. ii. in antiquis Et iste esset unus modus procedendi Secundo probatur sic si ex eo quod quis manet episcopus particularis ecclesie periculum est destructionis ecclesie vel magni scandali et periculosi in spiritualibus et temporalibus potest per superiorem compelli ipsi ecclesie cedi ratione publice utilitatis que sive private preferatur hoc est quod notabiliter dicit Innocentius in c. nisi cum pridem in glosa super verbo maliciam de renunc. arg. § preterea eiusdem c. multo igitur maiori ratione. Si ex eo quod quis manet papa periculum est destructionis universalis ecclesie vel magni et periculosi scandali compelli potest papa etiam papatui renunciare quia non est dubium salutem ecclesie universalis multo magis attendendam salute ecclesie particularis dicit tex. de postu. prela. c. bone el. i. quod si monitus papa et iura per ecclesiam compulsus ut cedat de facto cedere nolit habetur procedente iuris interpretatione, quo declarato ad alterius electionem procedi potest Et hoc luce clarius ego demonstro Ratione tali qui tenetur ex debito ad abdicandum a se ius aliquod quod est penes eum si monitus abdicare non vult habetur pro abdicante et proinde proceditur ac si abdicasset hoc idem doctrina ex duplici iuris determinatione probatur primo ex casu notabili in l. sancimus § cum autem C. ad trebel. ubi est expressum eum qui hereditatem a se abdicare et alteri restituere habet mandato legis vel testatoris restituere monitum sed hoc facere recusantem haberi legis interpretatione pro restituente atque proinde procedi ac si restituta foret. 2o ex casu notabili secundum lec. glosatoris et communem in l. in omnibus la prima ff. de pto stipu. 20 et in l. dampni la prima in gl. fi. ff. de damp. infecto in l. i in fi. et l. ii. ff. de institoria in l. v. C. de act. et obli. in quibus est expressum procuratorem qui actionem pro domino celebratam vel ex ore domini quesitam a se abdicare et procurem cessionis ... in domini

transferre hab3 ut cedat monitum et recusantem Jur. int pertracion
reputari cedentem et per inde haberi ac si cessisset. Et iste est secundus
modus procedendi primo expediator. Tercio demonstratur ex eo quod
oportet nos euuangelici meminisse mandati quod ab ipsa verita
te preципitur ut si nos oculus aut pes aut dextra scandalizauerit
manus vel membrum aliud a compage corporis auferatur, quia
melius est tibi hijs in seculo carere membris quam cum illis eterna
ire supplicia. superfluo enim extra ecclesiam positis resistimus, si ab hijs
qui intus sunt vulnera abicienda prorsus pestifera a sacerdotibus
ingerere parata est qui sibimet petis alterum parcendo non consulit
iste est tex valde notabilis pro ita declarans predictum euuangelium
debium xxiiij q. iij c illud sane. Si igitur ratio naturalis dictat mem
brum incurabile totius corporis infectiuum pro salute corporis am
putandum pariter quoque dictare debet Ciuilis ratio membrum incu
rabile quod est totius corporis infectiuum ecclesie mistici infectiuum am
putandum fore, ne reliquum corpus inficiatur aut scandalizetur. Et
consequenter papam qui et si pars ecclesie sit papa tamen et membrum
est de corpore ipsius ecclesie. ut notat glo. or. in c. tac. sup. verbo hoc de
xcij. di. hoc etiam suadet racione diuine scripture approbantis assercione
Cayphe principis sacerdotum dicentis expedit ut unus homo
moriatur pro populo et non tota gens pereat. Ex quibus verbis colligitur
quod si fuit expediens Christum innocentem pro populo mori ne tota gens
periret etiam expedit quod papa notorius criminosus ecclesiam scanda
lizans et incorrigibilis moriatur Ciuiliter papaliter et non tota gens
ecclesia pereat. Cum et si fuit papa positus ad gubernacionem populorum
non tamen esse debet ruina illorum dicit tex. xl. q. iij. c. papae sicut enim
Laudabile et discretum est reuerenciam et honorem exhibere prioribus
secundum rectitudinis et dei timoris est si qua in eis sunt que indigeant
correctione nulla dissimulacione postpono ne totum corpus morbus
inuadat si languor non fuit curatus in capite dicit tex. ij q. vij. secundum
presunt hanc conclusionem corroborat tex. in c. in canonibus
xvj q. i. et in decreto c. sed illud dicens sic simul et illi extorres
debent fieri ab ecclesia qui ecclesie ammonicione non corriguntur
dicente domino auferte malum ex vobis etc. ferro enim secanda
sunt vulnera que fomenta non ~~sens~~ senciunt medicine ad idem
lxxxvj. di. c. quia aliquanti i. q. i. reperiuntur. Quarto manifes
tatur ipsa conclusio quia si papa ideo est positus ut extirpet vicia
virtutes inserat corrigat excessus moresque reformet ut dicit
tex. in prohemio clementinarum quia etiam Zachariam Regem Francie privari
potuit eo quia ex sui regiminis dissolucione Regno vniuerso scandala

parabantur ut dicit tex aptus cum glo sua xv q vi in c illius pariquoque racione vniversalis Synodus ad hoc posita ut extirpet vicia virtutes inserat corrigat excessus moresque reformet in quibus omnibus potestatem habet non dum supra membra ecclesie sed etiam super papam caput hec est Romanum pontificem ut ex antiquis iuribus proximus allegacionibus deductis et etiam ex constitucione Concilio declaratum existit papam deponere potest cuius incorrigibilibus criminibus et scandaloso regimine tota perturbatur Ecclesia Et hec in presenti questione dicta sufficiant prout ad verum iuristam pertinet. sed omnia subiciens sancte matris ecclesie determinacioni etc. Laus deo

Jhesus

Proposicio edita per dominum Ludowicum de Urbe iuris utriusque doctorem Sacri Basiliensis Concilij Oratorem apud illustrissimum principem dominum Philippum ducem Burgundie Anno domini 1438 mensis Augusti die 28 in opido Bruxellis Cameracensis diocesis

Illustrissime princeps et prepotentissime domine Sancta katholica et universalis ecclesia per sanctum Basiliense Concilium representata legittime Que iuxta sentenciam apostoli ij° ad Cor iiij Tribulacionem patitur sed non angustiatur persecucionem sed non derelinquitur temptacionem sed non destituitur fluctuacionem sed non submergitur. Que etiam iuxta sententiam Jo. os aurei Non cessat impugnari non cessat insidias pati sed in nomine Christi semper superat semper vincit et quamvis alij undique insidientur quamvis repercutiat causa fluctus fundamentum tamen quod supra petram est non quassatur que etiam hoc proprium habere solet iuxta sententiam Hylarij quam transfert archidiaconus 28 q 1 in c. arrepta. Ut tunc vincat cum leditur tunc intelligatur cum arguitur tunc secura sit cum superata videtur prout archa Noe ecclesiam prefigurans que et si in undacionibus concussa foret elevata tamen extitit in sublime Jtem ecclesia que iuxta sententiam salvatoris Math vij et si descenderit pluvia advenerint flumina flaverint venti cum supra petram que Christus est solidata inconcussa atque immobilis manet Salutat vestram celsitudinem et benedicit vice dei omnipotentis per nos humiles et indignos ministros suos. habet literas dirigit vestre sublimitati quibus perlectis nos benigne audiri ac votive exaudiri postulamus in hijs que suimus nomine suo postulaturi

Varijs quidem et gloriosis nature bonis pariter et fortune et preclarissime princeps excellenciam tuam insignivit omnipotens primum quidem corporis speciosissima forma qua velut principali convenientissima ipsos principes

Jo. os aurei

laudat diuina scriptura Primo etenim legimus sic scriptum de Saul primo Saul
Judeorum Rege j Re(gum) viij et xj c erat saul electus et bonus nec erat
in filiis israel similis illi stetit enim in medio populi et ab humero sursum ipso
vniuerso altior fuit. Secundo narratur de Dauid Reg(um) xvj c Erat autem dauid
dauid Ruffus pulcher aspectu decoraque facie Tercio quoque de absolon Absolon
Re(gum) ij c xiiij sic narratur, Absolon vir vero erat pulcher in omni israhel
et decorus nimis a vestigio pedis vsque ad verticem, non erat in eo nulla Joseph
macula. postremo de Joseph saluatore egipti Genesis xxxviij
et xl sic, dum erat joseph pulcher facie decorus aspectu adeo ut na-
ture matrone egipcie discurrerent muros ad contemplandum sui corporis
pulcritudinem, verum quia iuxta sententiam beatissimi gregorij in Registro
suo indictione xj epistola lviij Nil prodest gloriosissima suauitas et
pulcritudo in superficie corporis si vulnus latet in visceribus, aut si dese-
rint ornamenta virtutum Ergo speciositati tue ammulum non medio-
crem virtutum adiciat Primum quidem animi magnitudinem qua
nil mortali contingere posse Cicero arbitratur dum in libro de pa-
doxis de Gaio maiorones Gayum marium vidimus qui in secundis rebus
vnus ex prosperis In aduersis vnus ex fortunatis fuit, quo nil bea-
tius mortali contingere potest Quid enim felicius homo animi magnitudine
contingere potest teste etenim Seneca in epistola ad Lucillum, Magnanimus
stat rectius sub quolibet pondere, nulla illum res minorem facit nil
illi eorum que ferenda sunt displicent quicquid cadere in homine potest
in se cecidisse non queritur vires suas nouit vincat virtute fortunam
Secundo quidem adiciat liberalitatem que principibus esse debet innata
Hanc enim sibi legem ponit Nobilitas principis ut se debere quod prestiterit
te tribuit arbitretur et nisi in beneficiis suis creuerit nichil se fecisse
putat, dicit tex. de dona c. 1. Nec profecto conqueri debet princeps si
inclinante natura det meliora cui deus omnia dedit habere et multorum
dominum esse, ac facile dare maxime sanctissime ecclesie cui optima
ostensiua est, donatrix sibi rerum immensitas dicit tex. in aucto
bonis alie § fiemus igitur Seneca quoque in libro de beneficiis iuxta
translacionem grecorum de sij c si ponens Cum in principe liberalitatem lau-
dat et vituperat auariciam sic facundissime inquid Timeus petiit ab
anthiocho Rege talentum Respondetur illud non esse quod tiracium vi-
lissimum conueniret, accipe dum rursus obulum petit Rudit id non fore
quod principem elargiri deceat et sic cauellacione turpissima illusit elusit
Tiranum melius Allexander cum daret Ciuitatem dicit non conuenire
fortune sue donum tam grande Rudit non quero quid accipere te oporteat

Et quid dare te deceat. Addidit tercio firmitatem in recto deliberato et iniuste pollicitacionis vero perseuerancia qua quidem nil clarius fulget in principe testis est legislator C. de sum. tri. l. inter claras dum inquit Nil est quod clariori luce prefulgeat quam recta fides in principe. testis est quoque sapiens prov. xvii dum inquit Non decent stultum verba composita nec principem labia mencientis. serua in hoc illustrissime princeps in quo sapiens princeps nescitur. Eccl. xxxvii dum ipse inquit ante omnia verbum verax precedat te et ante omnem actum consilium stabile

Quarto infixit excellencie tue mentem in non recte deliberatis non durum sed ad rectitudinis agnicionem agnite veritatis amplexum facile inclinabilem Nec est hoc a principibus alienum ymo eciam per plurimum oportunum testis est legislator in auct. de nup. post prin. col. iii. dum inquit Non enim erubescimus si quid melius eorum que dixi adinuenimus competentem prioribus correctione imponere nec ab aliis correctionem expectemus qui positi sumus ut aliorum corrigamus errores. Ad idem de etat. et qualit. c. qui quidem enim principum sua semper concipi debet tanta consilii moderacione tanta paciencie maturitate decoqui tantaque deliberacionis grauitate proferri ut nequaquam eam immutari necesse sit. xxxv q. viii. i c. displicet tibi et si errore lapsus aut pollutus ~~[illegible]~~ cuiuscumque labis contagio aut scandalosum aut impium ordinauit non dedecet sed honestat est ac debiti prius retractare iudicium et demum viam veritatis agnoscere amplecti xxx q. viii. c. grauec et c. sinum ~~inmediate~~ de in inte. resti. c. cum ex deris. Quale aut iudicium is expectet qui tenaciter insistit proprie voluntati describit sapiens prov. xxviii dum inquit Qui mentis est dure corruit ~~[illegible]~~ in malum Et clarius Eccl. iii dum dicit Cor durum habebit male in nouissimo et cor ingrediens duras vias non habebit successus Quinto donauit virtutem taciturnitatis honeste quia cum moderata loquela ~~[illegible]~~ moderata quidem taciturnitas laudabilis est silencium quidem vero loco aut tempore non conueniens improbabile. Unde inquit sapiens Eccl. xx homo sapiens tacebit usque ad tempus Lascivus aut imprudens tempus non seruabit quare vero ex honesta taciturnitate insurget vtilitas. Et que ex superflua locucione iactura idem sapiens attestatur prov. ~~xx~~ xiii dum inquit Qui custodit os suum custodit animam suam qui aut non consideratus est ad loquendum senciet mala. Extra hec transumpte v q. iii qui ambulat Rursus quoque per ebreorum x

alias vituperium

inconuum

in malum

De taciturnitate honesta in tempore suo

et xvij dicit in multiloquio non deerit peccatum. Qui autem moderatur labia
sua prudentissimus est. Stultus quoque si tacuerit sapiens reputabitur.
Quid nunc denique de hiis qui causam agunt aut intelligunt sermone
tamen tempore congruum proferre negligunt sapiens dixit et testatur
scriptura Ecclesiastici xx dum dicit Bona abstinencia in ore clauso quasi
approbacio epularum circumposite sepulcro. Rursus eodem opere xxxx
c dum inquit Sapiencia abscondita et thesaurus invisus nulla utili-
tas utrisque pulchre quoque Jeronimus transsumptive apud Gratianum xliij
di. dicit Innocens absque sermone conversacio quantum exemplo prodest tan-
tum silencio nocet. Sexto gratiam eloquij et facilitatis suavitatis et ~~in verbo~~
in verbo huiusmodi donum non mediocre est. Ex eo enim princeps subditos sibi
benivolos facit juxta sapienciam divine scripture Regum iij° xij c dum
inquid si tu locutus fueris perfecto verba lenia, erunt tibi servi etc. Est
sapiens proverbiorum xv dum inquid Responsio mollis frangit iram et lingua
mollis confringit duriciam. 3° ex eloquio fit ut augeatur amicorum
numerus et inimicus humilietur, patet Ecclesiastici vj dum ... in quo verbum
dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos. Denique ex eloquio illud
insurgit ut illis que quis habet maiora conquirat, dicitur enim proverbiorum xvj
xvj Eruditus in verbo reperiet. Septimo hiis coniunxit humanitatis
ac mansuetudinis sociale non medium quia quidem virtute vix aliqua re-
peritur principi conveniencius magis est enim huiusmodi legislator C. de dona-
tionibus inter virum et uxorem l. fi. dum inquit, vel enim magis est peculiare principis ma-
iestatis quam humanitas per quam solam omnipotentem qui deus eum
imitatur. Denique quid deus pollicetur deus pos sapiencie principi
mansueto, loquitur Ecclesiastici x dum inquit, Sedes ~~ducum superborum~~ dirutam
superborum destruxit deus et sedere fecit mites pro eis Sed quid plura ut te
faciat plena felicitate letum Illustrissimam ac preclarissimam uxorem
familias, de hac sapiens loquitur proverbiorum xij dum inquit Mulier diligens
corona est viro suo. 2° natura prudentem de hac sapiens proverbiorum xiiij
Unquam sapiens mulier edificat domum suam, insipiens quoque constitu-
tam manibus destruit. 3° corporali speciositate decorem moribus
honestissimam de hac sapiens loquitur, Ecclesiastici xxvj dum inquid, sicut
sol oriens in mundo in altissimis dei, sic mulieris bone species in orna-
mentum domus eius, Rursus quoque Ecclesiastici vij gratia honestatis mu-
lierum super aurum est, qui mulierem bonam possidet, ut sapiens
inquit Ecclesiastici xxxvj possessionem inchoat si inchoata est augeat. Te
ergo beatum dicam excellentissime princeps quia humanitas tua muliere
sensata quod quidem non hominum sed dei est donum juxta sapientis summa

De eloquencia

De humanitate et mansuetudine

De muliere bona

prov. xix dum inquit domus et divicie dantur a patribus, a domino autem
proprie uxor prudens. Sed unde omnia hec tam large distribuit tibi dominus
dixero, et quidem non ~~fla~~ flo. quia tu velut catholicus ac christianissimus
princeps cultum ac divinam religionem augere solitus es quia in neces
sitatibus languenti ecclesie matri tue solerter auxilia prestare non
neglexisti. Idem Salomon dum in cultus diligentissimo augmentator
ecclesie, tunc ferventissimo zelatori legum a deo condonatum Regum iii.
x. c. dum inquit Magnificatus est ergo Rex Salomon super omnes reges
terre diviciis et sapiencia et universa terra desiderabat videre vultum
eius, ut audirent sapienciam quam deus dederat in corde ipsius. Unde
ex hoc etc. quia legem dei ore synodali promulgatam hactenus dilectissime diligentis
sime observasti. Unde inquit Regius psalmista psalmo i. Beatus vir cuius in lege
domini voluntas eius. Omnia enim quecumque faciet semper prosperabuntur. Ne igitur
ab hac tam sancta tam pia intencione vario ac peregrino seductio
nis genere decadere contingat, excellenciam tuam sancta universalis
ecclesia ad te eius specialissimum filium dirigens oculos, fratres
nos indignos oratores suos destinavit quorum organis de universali
ecclesie ac Basiliensis synodi auctoritate et iusticia tua celsitudo certior
redderetur quod si forsitan prout vereor aliquid ex me ineptum af
fluxerit queso non imputatur tua sublimitas, ecclesie sancte illa enim auctore
domino ab omni labe pura et immaculata servatur, sed solum mar
cuntas pollutisque labiis nos ad omnis huiusmodi inlinivitis oneris suscepti
necessitate pariter quoque harum patrum iussu quibus collega indig
nus adiungor quis enim ambigat imputandum non fore magistro in
musica arte doctissimo si instrumentum rubiginosum aut confractum inde
eluserit non sonorem aut suavem in obediencia sed raucam vocem e
miserit. Ut igitur rei ad quam venimus detur inicium. Illud tibi
primum pro catholica veritate tenendum firmiter enim princeps excel
lentissime quod in medio cuiuscumque vestre synodi legittime congrega
tam arbitrandum est fore invisibilem et circumseptum christum per os
synodale in suis membris ecclesiam iudicantem. Ostenditur primum
ista sua verbo psalmiste Regii spiritu dei pleni psalmo lxxxi. dum inquit
deus stetit in synagoga deorum in medio autem deus diiudicat etc.
Idem dicere est deus est in legittime congregatione sacerdotum et
in medio eius sacerdotes iudicat, quod enim deus in singulari numero
ipsius solius omnipotentis sit proprium actum in plurali modo positum sig
nificat ecclesie sacerdotes quare ipse psalmista dum ad clarum potestatem loquitur
psalmo ciiii ut ab eadem eximat sacerdotes inquit Nolite tangere christos
meos etc. Et transumptive est hoc apud glo. in auctoritate de non alienando

Deus est in medio cuiuslibet vestre synodi legittime congregate

v. summus siminus pluribus quoque in locis in omnibus ipsos sacerdotes
deos appellat absque quia non leonis ut et sacra in mundo attestantur pre
sertim xi. q. i. c. xii. q. ii. futuram de luce cum ex mundo. 2o declarat
hoc Ezechielis testimonium c. xxxvii. per quem os deus de germante mi
litanti ecclesia loquens inquit Et fundabo eos multiplicabo eos et
dabo sanctificacionem meam in medio eorum in perpetuum idest in medio v
niuerse fidelium multitudinis que constituit militantem ecclesiam dabo
in perpetuum unigenitum et sanctificatum filium meum. 3o in idem concur
rit Iohelis attestacio ii. c. dum per os eius omnipotens dicit, Et non
confundetur populus meus in sempiternum, scietis quia in medio Israhel
idest ecclesie ego sum. 4to idem declarat dominus per Sophoniam prophetam
dum eius iii. c. inquit ad ecclesiam. Lauda filia Syon Iubila filia
Ierusalem, letare et exulta Israhel abstulit dominus iudicium tuum et avertit
inimicos tuos Rex Israhel idest ecclesie dominus in medio tui et non timeas
malum ultra. 5to demonstrant verba Zacharie prophete. dum per eum
dominus ii. co. dicit absque muro habitabitur Ierusalem i. ecclesia pre
multitudine hominum et iumentorum in medio eius et ego ero ei ait
dominus murus ignis in circuitu et in gloria ero in medio eius
pariter quoque viii. c. loquitur dicens. Reversum ad Syon et habita
bo in medio Ierusalem idest ecclesie et vocabitur Ierusalem Civitas veritatis
domus domini exercituum mons edificacionis. 6to ostendunt verba exi
mii prophetarum David per quam dominus appellans militantem ecclesiam mon
tem coagulatum idest compressum fidelium multitudine ps. lxvii.
inquit Mons dei mons pinguis mons coagulatus mons in quo benepla
citum est deo habitare in eo et enim habitabit dominus in finem. 7o de
clarat hoc nostri salvatoris auctoritas Mat. xviii. transsumpta xx. di.
c. de quibus xxiii. q. iii. c. Audivimus, dum inquit, Ubi duo vel
tres congregati fuerint in nomine meo ibi sum in medio eorum, que quidem
verba sinodali sacerdotum congregacioni convenire declarat
primum, verba Celestini pape in epistola ad Synodum Ephesinam conscripta, et
que in gestis ipsius Synodi interponit hec apposita s. spiritus sancti
testatur presencia congregacio sacerdotum certum enim est quod legimus quia
nec potest veritas nostra mentiri, cuius in evangelio ista est summa. Ubi
duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi et ego sum in medio eorum
quod cum ita est, Nam nec huic tanto brevi numero spiritus sanctus adest, quanto
magis eum nunc interesse credimus in unum conventui turbe sanctorum
Sacrum namque Concilium est pro debita veneracione collectum in quo utique
nunc apostolorum frequentissime illius quam legimus congregacionis
respicienda reverencia est, quibus nunquam ille defuit que susceperant predicandi

A 51.

affuit hys dnd 2 magr nec docentes sunt a suo doctore deserti.
2° ostendit sanctam Calcedonen Synodus in gestis suis actione xj.
dum dicit ad ppositum Si eni dns duobus simul epis se interesse
pmisit quanto mag pluribus 2c. 3° idem sonat diffinit Synodus
Constanciensis (margin: Constantiensis) . viij . dum in sua epla posita in titulo eiusdem Synodi
accon sic dicit quis eni nesciat q in medio huius sancte 2 vlis
synodi fuerit incomphensibilis et incircumscriptus xpus ac dominus . qui
dicit Ubi sunt duo vel tres in nomine meo ibi sum in medio eorum
4° idem probat epla quedam incipiens quum deus 2c comphensa
in gestis tercij concilij Toletani Cuius hec vba sunt ad rem nram
s. huius doctrinam sue fidei i qua dicit Ubi fuerint duo vel tres congre
gati in noie meo ibi sum i medio eorum credo beatam sanctam trinitatem
diuinitatem huic sancto interesse Concilio. Et se tamquam ante conspectu
dei ita et in medio vri fidem meam protuli ad modum diuine sue
diuinitatis Non abscondi veritatem tuam 2 misericordiam tuam a
Concilio multo 2c. Quinto hec ipm confirmat liber Ennodij Ro
mani 2c. dyaconi contra detractores iiij Synodi Romani Cuius smo
ad nrm intentum est iste scz Cur in puincia nra leditur sacerdotale
Concilium, Cur laceratis smam in qua inspirante xpo oracula se
piterna patuerunt et inter deum 2 homines interpres existit lingua
pontificum 2c habentur aut omia opa hec Conciliorum et Synodi p
alltis i doctissimi ysydori libro qui vulgo liber Conciliorum incipa
tur. Post hec istud pspicue manifestat veritas nra que metiri
non pot dum Mathei ultimo et transumptiue de reli 2 voto.
scorum ele vtra in quo apostolis suis omnibus congregatis in quibus et
vniuersa repntabatur ecclia Ego vobiscum sum vsqz ad consummacionem
seculi Nec quouis modo veniri debz in dubium eadem vba in psona
aplorum dixisse concilio gnali quod quidem multipharie iam demonst
bitur. Primo quia quelibz Synodus legittime congregata vicem
gerit apostolice congregacionis ut habetur Notabilis tex. Treburien
Concilij ij q vij c. siquis pbr dum de se ipa Synodus loquens
sic. s. Cum dominus in euangelio discipulis suis quorum vicem nos
indigni in sancta gerimus ecclia dicit 2c. 2° quia videmus in ista
vba illa Math xviij congregatis aplis dicta ita intepretata fore
vt etiam dicta intelligantur Synodo generali prout intepretatur
canon ordine nono Synodus Constanciensis viij incipiens variam
et diuisam 2c. Cuius ad ppositum vba sunt hec Si quis autem
dephensus fuit hanc diffinicionem nram spernans atque puaricans

sigud clarius vobis dico etc. Dans intelligi omnia quecumque apostolis ad nostram salutem et ecclesie regimen dicta sunt in apostolorum persona tunc future dicta ecclesie censeri

Secundo quidem preclarissime princeps pro solida veritate tenendum est ecclesiam sanctam in synodis generalibus representatam inspiracione spiritus sancti continuo dirigi in hiis omnibus que ad salutem populi xpiani et reformacionem videntur accomodata declarat autem conclusio hec ex verbis salvatoris Jo. xiiij dicentis inquit et ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in eternum spiritum veritatis quem mundus non potest accipere quia non videt eum nec scit eum vos autem cognoscetis eum quia apud vos manebit et in vobis erit etc. Quibus verbis polliceetur salvator noster spiritum sanctum spiritum veritatis apostolorum congregacioni cuius vices synodus gerit ut dixi ut esse defuturum in eternum et hoc prophavit spiritu sancto plenus Ezechiel dicens xxxv c. inquit non abscondam ultra faciem ab eis eo quod effuderim spiritum meum super omnem domum israel id est super universam militantem ecclesiam. Nec dixerat quisque cum solum pro apostolis rogasse. ymo non pro reliqua ecclesia que apostolorum sancta congregacione creditura erat in ipsum hos enim mendaces reddit nostri omnipotentis auctoritas domini Jo. xvij et transsumitur de sum. tri. in c. dampnamus xxxv q. ultima c. fraternitatis inquit pater quos dedisti michi sanctifica eos in veritate non pro eis autem rogo tantum sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me etc. Nunquid igitur preces filii non exaudivit deus absit cum david dicat ps. xx labiorum eius non fraudasti eum. 2o demonstrat psalmista Regius psalmo xxxviij dicens spiritus sanctus per os psalmiste ad deum loquitur dicens non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam a concilio multo quasi diceret se in solida veritate numquam generali concilio defuturum. 3o declarat preclarissimi Augustini sententia de conse. di. ij in c. liquido viij di. in c. qui contempta dicens inquit militantem ecclesiam iustam inspiracione dei continuam non placere spiritui sancto quicquid militanti ecclesie placet. Unde non immerito apostoli omnes dicentes actuum xv. et transsumitur de baptis. c. maiores statuerent circumcisionem legem cum baptismo non esse servanda, non sit veriti sic ipsam formam exordiri placuit spiritui sancto quicquid militanti et nobis etc. 4o manifestat auctoritas damasij pape sed xxv q. i in c. violatores dicens inquit Canones conciliorum generalium instinctu spiritus sancti dono dei censeri dictatos. Ad idem l. di. c. siquis dyaconus et c. si illo / 5o demonstrat auctoritas Cypriani martiris et doctoris dicens in c. nequidem de conse. di. iiij elegantissime inquit spiritus vero sanctus non de mensura datur et

Sic ipso quod accomodata videntur ad populi xpiani salutem et reformacionem continuo dirigi sanctam ecclesiam in synodis generalibus representata sancti spiritus inspiracione

sz sup credentes totus infunditur. nam si dies omnibus equaliter nascitur et si sol sup omnes pari et equali luce diffunditur: quanto magis xpus sol et dies verus ecclie sue spus sancti lumen pari equalitate largitur etc.

Sexto pro conclusione afferamus in medium vlte constan^ce viij synodi testimonium In cuius actione gest vj^a circa principium sic scriptu reperitur. Hec enim est olim paradisus quem plantauit deus ad orientem In cuius medio est lignum vite idest ihus xpus in quo p ingreditur flumen ad erigendum eum idest spus sanctus de quo dicit diuinum ac principale verbum xpus saluator nr Jo xvij. qui credit in me flumina de uentre eius fluent aque viue hoc dicens de spu sancto quem accepturi erant credentes in eum, de hoc spu sancto inquid gloriosus ppha vz sanctam ecclam sanctificauit tabernaculum suum altissimus

Tercio princeps excellentissime intrepide asserendum est vniusalem ecclesiam sanctam in hys que ad commune ppli xpiani salutem ptinent ac vniusalem ecclie reformacom peccare seu errare non posse: hoc quid demonstratur eloquio ysaie c xliij dum p eum do minus loquitur dicens ecclie sue cum transieris per aquas ho est perpetuosos aduersus te in hereticorum errores illi te non subicient cum ambulaueris in igne hec est in varijs deformitatibus atq peccatis quibus fidelium inuoluitur multitudo comburentibus aiam velud ignis non ardebis et flama non ardebit in te hoc te ab illis non coinquinaberis quia ego saluator tuus etc. 2^o ostenditur eodem teste. h^o c dum p eum dns eccle sue dicat Non erit tibi amplius sol ad lucendum p diem nec splendor lune illuminabit te Sz erit tibi dominus in lucem sempiternam non occidet vltra sol tuus et luna tibi non minuetur quia dns illuminacio tua in sempiternum etc. Huic quidem ysaie sine conformis est gloriosus p aplus apocal xxi dum p eum dominus de militanti ecclia loquitur d^e et Ciuitas non egerit sole neq luna ut luceant in ea sz claritas dei illuminabit eam et lucerna eius est agnus idest xpus et ambu labunt gentes in lumine eius et reges terre afferant gloriam sua et honorem in illam et porte eius non claudentur p diem neq p noctem, nec enim nox erit illic etc. Cum ergo illuminacio ecclie sit omnipotens saluator ihus noster in sempiternum, absit dicere ecclam sanctam in prmissis errare, quia tunc nec idest peccati obscuritas regnaret sup eam obfuscata in luminacione. quod ihus et ppha et aplus inficiant. 3^o demonstrat Baruch ppha eius v c dum inquit, adducet enim dns isrl cum iocunditate in lumine maiestatis sue

adducet

Non pot vniusalis eccla peccare seu errare in hys que ad commune ppli xpiani salutem ac vniusalis ecclie reformacom ptinent.

que est ex ipo etc.

que est ex ipso etc. Qua igitur racione possemus dicere quod adductam
ecclesia per dominum cum iocunditate et in sui luminis maiestatis si posset
maculam pocius erroribus labificari que ambo iocunditati et illuminationi
maiestatis divine adversa esse noscuntur : 4to manifestatur verbis ysa. 4
lxij c. dum per ipsum dominus inquit super muros tuos ierusalem idest ecclesia
constitui custodes tota die et tota nocte in perpetuo non tacebunt
Si igitur posset in premissis ecclesia pocius vinci involui erroribus, alterum ex
duabus necesse foret aut eum separet sathan custodiendo defficerent
quorum quibus dicere est nephas et sime divine repugnat, dum per
psalmistam inquit, que procedit de labiis meis non faciam irrita,
Quinto declarat gloriosus psalmista psalmo xvj. dum per eum vingentinus filius 5
ad patrem inquit dicens Exurge domine preveni eum et supplenta eripe
animam meam ab impio frameam idest ecclesiam tuam, ab inimicis manus
tue. psalmo quoque xxi eodem modo loquitur dicens Erue a framea
deus animam meam, et de manu canis unicam meam idest ecclesiam que
unica electa, unica sponsa xpi est, paret quoque psalmo xxxiiij per quem
eum filius ad patrem dicens, domine quando respicies restitue animam meam
a malignitate eorum et a leonibus unicam meam idest ecclesiam. precatur
igitur filius patrem ut eripiet ecclesiam ab inimicis manus sue inimica
autem dei peccata sunt, iuxta illud. hec deus odit peccata, non homines
Rogat quoque ut eruat a sathan qui tamquam leo rugiens et cir
circuiens mundum ac canis impudicus applicatur unica suam idest
unam sponsam suam ecclesiam. numquid igitur preces filii non exaudivit pater
absit enim, cum psalmo xx dicatur desiderium cordis eius tribuisti ei et
voluntatem labiorum eius non fraudasti eum : 6to manifestat verba beati pauli apostoli 6
dum ad Thy. primo c. iijo. inquit hec tibi scribo fili Thymotee sperans
me ad te venire cito Si autem tardavero ut scias quomodo oporteat te in
domo dei conversari. que est ecclesia dei vivi columpna et firmamentum
veritatis etc. Qua ergo racione poterimus dicere ecclesiam que do
mus dei est pocius aut erroribus posse coinquinari, cum deus pro
suo habitaculo omne coinquinatum respuit, paret quoque quod
racionem columpna dicetur et firmamentum veritatis, si soliditas columpne
defficeret, et veritas firmamenti errores seu peccata pusolencie. Septimo 7
deducitur ex verbis apostoli pauli ad Eph. primo c. et ad Collocen. primo. transumptum
de sancta. unc. c. unico de iur. iur. de vita de voto c. uno li. vj.
dum dicit xpm esse caput principale corporis huius militantis ecclesie
iuxta psalmiste sentenciam psalmo cxvij. qui dum de salvatore a iudeis reprobato loquitur
inquit Lapidem quem reprobaverunt edificantes hic factus est in caput
anguli etc. Qua igitur capitis omnes continens sensus, illud est,

quod caput reliquum corpus dirigit et disponit. de sacra unc. c. i. §
in veritate. Consequens foret, ut peccante seu errante universo corpore
militantis ecclesie vel errarent seu peccarent, Christus caput illius dili
genter quod falsum est. Cum etiam sit Christum petram non posse immutari
8o de pen. di. ii. caritas in fine distinctionis viii. Octavo monstratur quod dictum
Christum fore principium et firmissimum militantis ecclesie fundamentum,
ut deducitur Ysa. xxviii c. qui dum de Christo loquitur dicit Ecce
ego mittam in fundamentum Syon lapidem angularem probatum
preciosum in fundamento fundato etc. 2o ostenditur ex verbis exi
mii prophete ps. lxxviiii. qui dum de ecclesia militanti atque eius
fundamento loquitur inquit Ut quid destruxisti maceriam eius vin
demiaverunt eam omnes qui pretereunt viam vindemiaverunt
eam aper de silva et singularis ferus depastus est eam. Deus
virtutum converte respice de celo et vide et visita vineam istam,
id est ecclesiam, et perfice eam quam plantavit, id est fundavit seu
edificavit dextera tua, super filium hominis, id est Christum quem confirmasti
tibi. 3o etiam ostenditur ex verbis salvatoris Mt. xvi. dum inquit
Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, id est super me ipsum
petra enim erat Christus juxta Pauli sententiam ad Chor. 1o x. c.
transumptive de cons. di. ii. c. 1. revera. si ergo cum descendit plu
via errorum venerint flumina temptacionum, flant peccatorum venti erran
do aut peccando declinaret ecclesia. etc. non super petram cum te
declinare non posset, sed super arenam fundata foret ecclesia juxta
sententiam Mt. vii. quod tamen falsum est, ut ex premissis ostenditur. Nono 9o
ostenditur ex verbis sapientis Cant. iiii. c. dum de ecclesia universa lo
quens inquit Tota pulcra es amica mea et macula non est in te.
que quidem verba Cant. ad ecclesiam universalem referentia declarat
beatissimus Paulus ad Eph. v. c. dum inquit. Viri diligite uxores
vestras sicut et Christus dilexit ecclesiam et semetipsum tradidit pro ea,
ut illam sanctificaret mundans eam lavacro aque in verbo vite ut
exhiberet ipsam gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam
aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. Non ergo habet ecclesia
rugam duplicitatis aut peccati maculam, et sic indeviabilis atque
inpeccabilis dici potest ut ex premissis auctoritatibus declaratur xxiiii. q. i.
in c. omnibus et de pen. di. i. in c. ecclesia. Decimo ostenditur
ex verbis salvatoris Mt. xvii. transumptive xix di. c. ita dominus xxi
di. quamvis. xxii di. c. sacrosancta. dum inquit. Et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam et porte inferi non prevalebunt adversus eam etc.

quorum verborum scilicet porte inferi illa communis est expositio scilicet peccata mortalia
et sic illa numquam adversus sanctam ecclesiam noscuntur fore valitura
omnipotens enim et si quandoque in fluctuatione tolleret non tamen penitus
dimittit ecclesiam. Teste ysa. liiij. capitulo que dum omnipotens ecclesie sue
loquitur inquit ad punctum in modico dereliqui te et in miserationibus
magnis congregabo te in momento indignationis abscondi faciem
meam ~~paulisper~~ a te et in misericordia sempiterna misertus sum tui.
Hec quidem illustrissime princeps est illa ecclesia que christo domino
in sempiternum est desponsata, ut primo patet verbo prophete ij.º capitulo dum
per eum dominus ecclesie dicit, Et desponsabo te michi in sempiternum, et
desponsabo te michi in iusticia et iudicio, et misericordia et in
miserationibus Et desponsabo te michi in fide etc. 2.º ecclesia huic rei testimonium
~~testimentum~~ affert apostolus Paulus i.ª ad Corinthios xj.º capitulo dum universe
ecclesie inquit, Optavi vos uni viro virginem castam exhibere christo.
Que quidem verba de universa ecclesia declarat primo beatus Augustinus
transumptive apud Gratianum. xxvij q. i c. Nuptiarum. 2.º beatus Ieronimus
ipsa xxvij. di. in c. Ecclesie. Et ad idem. lvj. di. in c. Sponsus inquit
enim Augustinus christo ipsam ~~ecclesiam~~ cuius membra sumus coniux est que
fidei spei et caritatis integritatis non solum in virginibus sanctis
sed etiam in coniugatis fidelibus tota virgo est. universe quippe ecclesie
cuius illa omnia membra sunt apostolus dixit Optavi vos uni viro virginem
castam exhibere christo. Novit autem ille coniugem sine corruptione sec-
tare quem in ipsa carne etiam potuit mater sine corruptione parere etc.
Hec inquam est illa ecclesia cuius regimini atque salubri directioni christus
dum rediens ad patrem, ab ea eius presentiam subtraheret corporalem ne do-
minicum gregem sine pastore desereret Petrum eiusque successores vi-
carios dimisit in terris inquit tex. de homi. c. pheniam. li. vi. Non quidem
ut dissipatores aut destructores, sed ut dispensatores ministros ac edi-
ficatores misteriorum christi. Huius rei testis est apostolus Paulus dum de
Petro et omnibus apostolis ad Corinthios j. iiij. c. inquit sic. Nos existimat
homo ut ministros christi et dispensatores misteriorum dei etc. pariterque
ad Corinthios ij. iij. c. inquit dominus potestatem dedit in edificationem non
in destructionem etc. Non quidem ut dominantes seu Tyrannizantes, sed ut
paterna dispensatione regentes. Quod an verum sit audiamus ipsum Petrum
in epistola sua episcopos amonentem et transumptive xciiij. di. c. dictum. xcv. di.
c. esto subiectus xvj. q. i. c. predicator dum inquit pascite qui in vobis est
gregem dei non coacte sed spontanee secundum deum non turpis lucri gratia
neque ut dominantes in clero sed forma facti gregis ex animo etc. Et ne hoc
dictum sola humilitate putemus non etiam necessitate audiamus dominum dicentem
Mt. xx. et luc. xxij. Reges gentium dominantur eorum et qui potestatem

habent sup eos bn̄fici vocant̄. Vos aut non sic, s3 qui maior est in
vobis fiat sicut minor et qui p̄cessor est sicut ministrator r̄c. Non
quidē ut supbos et elatos s3 ut humiles et pro xp̄i nomīe patientes
quod ut verum esse ostendamus. Adiutamus v̄ba dn̄i dum in eua͞nca
lectione Math. xviij c discipulis querentantibus quis eo4 maior eet
in Regno celo4 aduocans paruulum statuensq3 illum in medio illo4
inqt Nisi conūsi fueritis et efficiamini sicut paruuli nō intrabitis in regnū
celo4 r̄c. p Salomonē quoq3 loquitur dn̄s Eccī xxxij c du regen
tibus inquit Rectorē te posuerit noli extolli, esto in illis quasi vnus
ex ipsis r̄c. Ho4 om̄i memor beatissimus Bnard9 in libro. ij. de consi
deracōe ad Eugeniū ppam c iij r ls. iiij c. i. trans̄ apud archyd.
xij. di. c nōn de3 inquit Quod habuit petrus hoc tibi dedit sollicitudine
sup ecclas nunquid dn̄acōm. audi ipm̄ dicentē nō ut dn̄antes in clero s3
forma facti gregis r̄c Et ne dictum sola humilitate p̄ntes pentes non etiā
veritate Vox dn̄i in euuangelio est. Et Reges gencium dn̄antur eo4
Et qui ptatem habent sup eos benefici vocantur Vos aut nō sic r̄c
Ex hijs plane aplīs dn̄atus interdicitur et ergo et tu et tibi vsurpare
aude aut dn̄ans aplatum aut aplīcus dn̄atū. plane ab alterutro
phiberis. si vtrumq3 habē velis, p̄des vtrumq3, dispensacio tibi super
orbem credita est non data sana possessio si pgis vsurpare Et hanc
contrā dicat tibi qui dicit meus est orbis tra4 et plenitudo eius. nō in illo
de quo ppha et erit omīs terra possessio eius xp̄s. hic est qui possessionē
sibi vendicat. et iure creacōis et merito redēpcōis et dono patris
Cui enī alteri dictū est, postula a me et dabo tibi gentes hereditatem
tuam et possessionem tuam t̄minos terre, possessionē et dn̄ium celi
hinc tu curam illius habe. pars tua hec. vltra non extendas manū
tuam r̄c. Non est igitur vniuse eccle in vnū collectio velut comunitas
quedā pticularis prout te quidem sinistre informare nituntur
Que enī ciuitati compabimus Collectionem vniuersam eccla4 cuius xp̄s collectam
est sponsus et caput. in cuius medio deus semp v̄tualit existere est
censendus que quidē spū sancto dirigitur que tali directa in agro in hijs
que ad comunem hominū salutē ptinet errare neq3 peccare pot Non est
Romanus pontifex eius vniuse eccle dn̄s, s3 ministrator ac dispensator
modestus s vt supiora monstrarunt. Inquit p̄clarissimus aug9 Vi
tupari ordinem regie ptatis si rex crudelitate tyrannica fuat xiiij q. v.
Neq3 enī si agres Quid si summus pontifex tyrānica ptate crudelitate
seruiens vniuersalem ecclam scandalizat, An tunc eius vituperium inste
rium audi sumam glo. vulgarissimā quidē in c si ppa xl. di. dum
inqt ppam deferri et accusari posse. si notoria et incorrigibilit
delinquēdo scandalizat ecclam, Audiuim9 2o quid elegant velit imo

de sen. exco. c. inquisitori dum inquit pectare obediente mandato ppe cu
ipe dampnabilit et Tyrannice non aut velud minister quid mandat ex
quo vehement psumatur vniuse eccliie posse statum scandalizare vt
alia mala sequi Vnde elegant inqt Bti Greg et transsumitur ij. q. vij
c. admonendi Subditi monendi sunt ne plus qm expedit sint subiecti
ne cum studeant plus qm necesse est hominibus subici compellantur eorum vi
cia venerari. Ceterum inquit ipe ppa de preben. c. cum teneamur Si
no pot nobis sine scandalo obedire equanimiter studebimus si mandatu
nrm quis no duxerit exequendu, Adidem de Rescriptis c. si quando,
Consideraumus tamen quod ipe saluator nr aptis omnibus int quos erat
petrus dixerit Math. xviij. dum inqt. Si quis scandalizauit vnu de pu
sillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria
in collo eius et demergatur in profundum maris. Sunt quid ipius Aug in
sma in dicto c. neque ortum ex verbis apli petri pma eius epla ij. c. 2
transsumitur de maio. et obe. c. solite viij. di. c. quo iure xj. q. 1. c.
quamagnu. dum inquit subditi estote in omni timore dnis no tm bonis dnis
et modestis sz etiam discolis. Est igitur Illustrissime princeps ipa vniusa
eccliia in Basilien sancta Synodo legittime rpntata, quem quid ductore
dno extitit legittime congregata. hoc ipm manifestat ~~experta~~ experiencia
et demonstrat exitus rerum, quam si dns eius ptector atque [illegible] no fuisset
adiutor, iam tot adusitates passa, profecto dissipata extitisset. Reformacionis lo
quens no fuisset audita, testis nr est ysaias ppha dum p os eius dns
viij. c. inquit Inite consiliu et dissipabitur loquemini vbum et no fiat
quia vobiscum nos est deus. Si eius Synodi plantatio no legittima
sz adulterina fuisset, profecto tot ventorum pulsata turbinibus no habu
isset stabile firmamentu prout iam annis. viij. terrarum orbis vniusus
eam vniusam eccliam represntari fatetur. Testis est nr Salomon, dum Sapien
iiij. c. ad ppositum elegantissime inquit, multigena aut impiorum mul
titudo no erit vtilis et adulterina plantacione no dabunt radices
altas, nec stabile firmamentu collocabunt, et si in ramis intpe germina
uerint infirmiter posita a vento commouebuntur. et a nimietate ventorum
eradicabuntur Confringentur enim rami inconsumati et fructus illorum
inutiles et acerbi ad manducandum et ad nichilum apti etc. Ad idem
1 q. 1. c. principatus 2 c. cum paulus viij. q. 1. nouacianus lxi. di. c.
miramur. Est quid ipa sancta Synodus congregata in spu humilitatis
et pietatis dirigente quidem no ad committenda pcta, no ad fabricandas
vanitates, sz ad purgacionem et mundacionem eccliie sancte qp si in spu su
pbie atque pcti congregacionis assumpsisset inicium, iam quidem extitisset
totalit supplentata. Testis est nr p° ps° dum ps° xxv. et trasumitur
xxiij q. iij. c. cum quibus, qui in psona spus sancti loquens inquit
No sedi in Concilio vanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo.

Odivi ecclesiam malignancium et cum impiis non sedebo. 2° verbum Sapiencie Ecclesiastici xxi c. dum inquit stupa collecta synagoga peccantium et consumacio eorum flamma ignis. 3° ysaias c. lviij. dum inquit dissolvit dominus colligaciones impietatis etc. Extitit quedam sancta Synodus congregata, non sperans auxilium in fortitudine principum solum sed principaliter in virtute dei, alias enim si in principibus spem suam totaliter collocasset, Audiamus quid tunc ei comminatus fuerit ysaias in eorum persona qui non posuerunt in deo fiduciam, sed in fortitudine pharaonis dum xxx c. inquit. Ve filii desertores ait dominus ut faceretis consilium et non ex me et ~~ordirem~~ ordiremini telam et non per spiritum meum et adderetis peccatum super peccatum qui ambulatis ut descendatis in egyptum ut os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine pharaonis, habentes fiduciam in umbra egypti, in ignominiam etc. Recognoscat igitur celsitudo tua universalem ecclesiam in illa sancta Synodo representari, illi ut filius pareat et oportuna prestat auxilia. Non intrat in tuum animum cogitacio irritandi ipsam atque turbandi progressum eius maxime destinandi oratores sublimitatis tue ad locum congregacionis alterius se sub Synodi eriges

Attendamus enim quid primum adversus insidiantes ecclesie per Zachariam comitetur dominus xiiij. eius prophete c. dum inquit. Et hec erit plaga qua percutiet dominus omnes gentes que pugnaverunt adversus ierusalem idest ecclesiam tabescet caro uniuscuiusque per stantis super pedes suos et oculi eorum contabescent in foraminibus suis et lingua eorum contabescet in ore suo etc.

Quid 2° dominus dixerit per eximium prophetarum per david ps° ix dum inquit Inimici defecerunt framee idest ecclesie, in fine civitates eorum destruxisti periit memoria eorum cum sonitu. dominus autem in eternum permanet etc.

Quid etiam per eundem ps. cxxviij. dum inquit Confundantur et revertantur omnes qui oderunt syon, fiant sicut fenum tectorum quod priusquam evellatur exaruit. 3° Canonem attendamus libere prope tractatum xxiij. q. i. c. qui contra pacem, dum inquit qui contra pacem ecclesie sunt, si dignitate aut cingulo habeant exuantur eis etc. Sed ut postremo quid adversus irritantes Concilium ac auctore domino institutum loquitur dominus per prophetam ps. cvj. Audiamus inquit etc. Quia exacerbaverunt eloquia dei et consilia altissimi irritaverunt, humiliatum est in laboribus cor eorum et infirmati sunt nec fuit qui adiuvaret.

Pro conclusione igitur Illustrissime princeps utor verbis Jeremie vij c. dum inquit Nolite confidere mendacii dicentes templum domini, templum domini est. Nolite igitur confidere in eorum mendaciis qui tibi falsis suadent racionibus quod Ferrarie existere Concilium generale
extitit illud ex supius actum ~~existit~~ Basilee fore tibi manifestissima racione narratum est. Subiciam quoque verba helie prophete posita Regum 3°. xviij. c. dum inquit Usquequo claudicatis in duas partes. Si dominus est deus

sequemini eum. Si aut Baal, sequemini eum. Noli ergo princeps excelle
tissime arbitrari licitum tibi fore in duas partes claudicare Ecclia enim
una est. Unde illa insolidum non nisi loco in uno reputari pot. inquit
Beatiss. Cyprianus xxiiii q. i. c. didicimus. Quia igitur Basilee reputa
ta illam sequamini. Cum impossibile sit pariter insolidum ferrarie posse
reputari. Ad laudem dei omnipotentis dei Amen. Scriptum die vi fe
bruarii 1439 Basilee

CONSPICIO PATRES OPTIMI hunc clarissimum virum
postquam inter omnem modum maturi ~~meditacione~~ per cunctatus — *meditacione*
est, se ipsum omnem clericali ordini devovisse ~~ex obedire~~ ne ad — *quo obrem*
illum illotis ut ita dixerim manibus accessisse visus fuerit. Clericum
clerus — unde ortum ipse clarus traxerit mea oratione declarare. Sciendum
igitur duo fore quibus mundus hic orbis gubernatur, auctas sacra pon — *Mundus orbis gubernator duobus modis*
tificalis et Regalis potestas xcvi. di. duo. de con. c. omnis anima.
Quanto aut aurum aliis metallis est preciosius tanto regia potestate
altior est ordo sacerdotalis. de ma. et obe. c. solite. xcvi. di. quis du
bitet et c. si imperator. Idem enim mediator dei et hominum sic ac
tibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque decrevit
ut xpiani principes imperatores pro eterna vita pontificibus ~~et~~ ac — *indigerent*
pontifices pro cursu rerum temporalium imperialibus regibus uterentur. x. di. quoniam
xcvi di. cum adveniret. Pro humani aut redemptione generis de summis
celorum ad yma descendens mundi mortem tandem subiens temporalem
dei filius ihesus xpus. Ne gregem sui preciosi sanguinis gloriosi redemptum
ascensurus post resurrectionem ad patrem absque pastore desereret
ipsius curam beato petro apostolo ut sue stabilitate fidei ceteros xpiana
religione firmaret eorumque mentes ad sublimitatem operum succenderet de
vocationis ardore commisit. de elec. li. vi. Constituens enim mili
tantem ecclesiam ad triumphantis instar ordinare de conse. di. iiii. Ecclia
necesse enim esse dixit ut quemadmodum in ecclia triumphanti unus
est princeps cuius obedientie tota ipsa ecclia perfectissime est subiecta
s. deus. Unde illius ecclie capt di. de sa. unc. c. i. de voto c. i. li. vi.
Ita et toti ecclie militanti unum supremum principem s. papam esse voluit
cuius preceptis ad salutis necessitatem omnes obedire tenentur, ut in

extrauagant Unam sanctam quam refert glo. de here. clemen. ad nostram
Porro licet aplis omnibus regni celorum claues dederit cum pari quo
ad sacerdotalem ordinem ptate de pen et remis. c. Noua quedam
de summa tri. c. firmiter tamen quo in administracione iurisdiccionis quam pre
eminencia solum petrum dicatur ceteris ptulisse Unde dicit for
malis tex. huius autem summi sacerdocij sacramentum ita dominus ad omnium
officium voluit ptinere ut in beatissimo petro aplorum omnium summo
principe collocaret ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velud in
corpus omne diffunderet xix. di. ita dominus. Considerandum autem nobis
est cur omnipotens deus eum qui cuncti ecclesie pferre disposuerat ancille
vocem pertimescere et seipsum negare permisit In quo quidem duplex assistit
racio prima Gregorij. hec ut is qui futurus erat pastor ecclesie in sua
culpa disceret qualiter aliis misereri deberet et ex sua infirmitate
cognosceret quam inter alienas infirmitates tolleraret sicut transumptiue
gratianus l. di. considerandum. 2a vero racio ambrosij hec quia cum
fidelior fuisset fuerit petrus. postquam fide se perdidisse defleuit ideo ma
iorem apud dominum gratiam reperit quam amisit scribit transumptiue gratianus l.
di. fidelior hec quidem petrus primus in nacionibus fidei posuit firma
mentum. ad tamquam saxum immobile totius corporis xpianitatis
compagem molemque continet Notum est enim in omnem italiam gallias
hispanias affricam atque siliciam siciliam insulasque interiacentes
nullos ecclesias instituisse nisi eos quos venerabilis aplus petrus aut suc
cessores eius constituerunt sacerdotes xi. di. quis nesciat Notum
est rerum omnium conditorem pro eo orasse ne ipsius ceteram suam in futuro
errare contingeret xxi. di. decretis. xxiiij q. i. a recta. Igitur decre
tum est ut quociens de fide dubitatur ad eius sanctissimam sedem ha
beatur recursus de bap. c. maiores xxiiij. q. i. hec est fides et c. quo
ciens ipse petrus apud dominum orans facilius auditur. tanto enim facilius
orantes sacerdotes exaudiuntur. quanto sunt apud dominum digniores i q. i. ipsi
sacerdotes eidem petro terreni celestisque imperij sunt iura commissa
xxii. di. c. omnes. Ex his notum est ipsum petrum vicarium ecclesie prefuisse.
quare non immerito ipse papa uniuersalis ecclesie episcopus appellatur. eiusdem
sponsus vij. q. vi. si quis putauit. de elec. c. ubi periculum § cetera
lxvi. Licet ipse papa humilitate motus eos acriter mordet qui eum vlis
ecclesie episcopum nominauit ex Gregorio trasumit gratianus xcix di. nullus. quis
scm ergo statim esse dubitet quem sancti petri sedes ad apicem tante dignitatis
attollit illa enim aut claros ad hec vestigia erigit aut eos qui eriguntur
illustrat xl. di. non nos. Unde fit ut in beati petri memoria sanctam sedem
aplicam honeramus xix di. in memoria. Qua ex re est. ut eius
Petri successores in imperialis iuris administracione succedant vacante

quidem aut negligente Imperio de fo. compe c. lic. Ex suscepto [lic.] nō ita
ecōuiso. de iudi. c. qualiter. ipē quid iusta subsistente causa Imperato
rem sine concilii aut aliusq assensu lite deponit. de re. iudi. ad aplice
li. vj. Ita etiam et Regem. xv. q. vj. alius Ita et Cardinalem ut nō.
casum in c. vno. de scisma. li. vj. lic. dubitauit hosti. de ele. ne resi
c. exgestis Ita et Epm. Not. glo. viij q. iij. p. principale. Vnde est ut
semp in conciliorum canonibus aplice sedis auctas patenter excipiatur
de elec. c. significasti xxv. q. i. §. his ita. Ipse enim neque a [toto] tanto clero
valet iudicari ix. q. iij. nec ab eius p̄t sinagogorum eadem. ca. c. ipi sunt
canones. Vnde dictum est maiorem esse Roman. pontificē quam concilii
auctem. Quidquid ut remissiue p̄transeam hic in locis tractatum
repio scz iiij. di. in istis xix. di. Anastasius xcvj. di. legimus.
xxv. q. i. confidimus. ix. q. iij. cuncta p̄mundi. xv. di. sicut sti.
xl. di. si papa. lxxviij. di. si duo contra fas. de cessi. pben. c. p
posuit xvij. di. §. hinc etiam xxi. di. Nunc aut. ij. q. vij. Ite Syma
chus. In hō aut venerandi Constan. concilii Nicene sacrosancta Ba
silien. concilii determinacōm me confusare profiteor. Ceterum et si etiam
in Nouo testamento maiorum et minorum sacerdotum discrecio. atque cre
acio ab ipso xpo exordium sumpsit. xxi. di. decretis. Eporum tunc
ordinacio ab ipo petro sumpsit inicium. pariter etiam primatu et ar
chiepor. lxxx. di. vbi primates et c. in illis. Olim enim ecclia per
omnes pbros coronam accipiebat gubnacōis xcv. di. olim. quod at
postea vnus clerus electus est. qui ceteris p̄poneretur hoc in scismatis
remedium factum est. Ne vnusquisque ad se trahens ecclam xpi. repu
taret xcvj. di. legimus. Et quod petrus ipē dum claues accepit.
nō se ipm sz ecclam suam in mortalem significauit xxiij. q. i. quod
cumque. In nouo aut testamento post xpm dnm a petro sacerdotalis
cepit ordo. quia ipi pmo pontificatus in ecclia dei datus est. xxi.
di. in nouo. Cum muctem Moysi dei vices gerente atque Aaron
Epo principatum assumpsit ut hec patent de peni. di. iij. §. in hec.
xxij. di. sacrosancta. xcv. di. esto subiectus. Notum est aut ipm
petrum Rome mortem ptulisse. ex eo ut ubi caput foret supsti
tionis. ibi caput quiesceret sanctitatis. et vbi principes gentilium habi
tabat. illic princeps ecclie moraretur. ij. q. i. bti petrus et paulus
ipi petro data est sanctitas et btissimi pauli vas electionis.
qui nō diuiso sicut heretici garriunt. sz vno tempore vno eodemque die glorio
sa morte cum petro in vrbe Rome sub Cesare Nerone. agonizans
conatus est. ita ut ab eo Roman. ecclam paciso sangwine martirij conse
crauit. Eandemque omnibus vrbibus vniuso mundo sua presencia. atque vene[ra]nda
triumpho ptulerit xxi. di. quamuis. Isti ambo sunt qui illam i hanc

Nō de ducte ppe

gloria prouexit sit gens sancta populus a domino electus Ciuitas sacerdotalis
Et regia per sacram beati petri sedem caput totius orbis effecta de elec.
fundamenta li. vi quemadmodum ergo petrus primus omnium apostolorum fuit
ita ecclesia hec suo nomine consecrata instituente domino prima facta est
et ceterarum caput iii q. vi. dudum. vnde dicit prohemium vi li. ineffabi
lem diuine prouidencie altitudinem in commibili dispositione hanc
vniuerse ecclesiis pretulisse. Et licet orbis vrbe maior sit xc iii di. le
gimus. tamen ob eius singularem excellenciam denotandam ipsa ad orbis
formata instar formata est ut enim vniuersus orbis . Ecclesie quinque patriarchales sedes de
priui. c. antiqua ita et vrbs ipsa Romana vnde ponit hostiensis de elec.
c. fundamenta li. vi. Vsus duos hoc designantes scilicet paulus vgo pe
trus Laurencius atque Iohannes. hii patriarchatus nomine in vrbe tenent
quare non immerito dicam Romanos propriis virtutibus vniuersum prouexisse promeruisse
Jeronimus Imperium ut ex Romanis transfert gracianus xx viii q. i. § Ex his / licet
autem omnes siue patriarchales et quauislibet ordinis dignitates Romana fun
dauit ecclesia Illam tamen solus deus ipse fundauit xxii di. omnes Inde dicitur
Sacrosanctam Romanam ecclesiam non ab apostolis sed ab ipso domino saluatore
nostro principatum accepisse xxii di. Sacrosancta. Inde etiam dicitur ipsam
Romanam ecclesiam nullis Conciliorum constitutis ceteris prelata ecclesiis. sed
Euuangelica voce domini nostri saluatoris xxi di. quamuis. Romanus postea
eius sedis primum petri apostoli meritum, deinde secuta iussione domini co
aliorum venerandorum auctoritas singulariter confirmando in ecclesiis tra
diderit potestatem xvii di. Concilia. Ipsa quedam sedes apostolica iubente
domino ex anthiochia vbi primum erat perpetuo per petrum ad Romanam
extitit translata ciuitate dicit tex. qui. si sunt le. c. p. venerabilem § ra
tione xx iiii q. i. c. Romana. vnde infert dominus hostiensis de elec. fundamenta
li. vi. Neque pontifices, neque conciliis auctore sedem ipsam apostolicam ad loca
alia posse transferri Concludi enim Romanusque pontifex Ius diuinum tol
anima lere non potest sed ipsum vsque ad atque sanguinem fuaze debet xx v. q. i. debeat
sunt quidem. hiis quidem fine facto itaut ex eius institucio atque auctas
priorum pontificum summorum alterius Romane ecclesie huic spectatissimo viro quod
vt in principio oracionis dixi clarit ordo procedit manifestante fuerit prosequit
luculent turpe et enim sibi erat Iur in quo versatus in primos auctores
ignorare
2a ps zc. Manifestissimum vobis esse censeo amplissimi patres beatissimi hunc virum
clarissimis ex natalibus, splendidissima ortum ducente inter omnes qui stu
retores diorum Italie ~~racones~~ existant, primum optime locum, post etenim ~~reconatus~~ officio in Retoratus
Bononiensi gignesco. Quod quidem aliis omnibus dignitate ac vetustate premi
net. vnde non immerito Bononia legum ~~lux~~ ac literarum omnium dixit glosator ~~mater~~ mater
nr appellari posse l. fi. C. de testa. et habetur de mag. l. i. quanto enim

quo melioribus dignioribus q[uam] p[re]est tanto ip[s]e dignior meliorq[ue] censet[ur].
dicit tex[tus] no[tabi]l[is] in auc. de sen. ciui. §. nos igitur. coll. iij. Cum aut[em] lic[et]
prout humanu[m] expostulat desiderium ex dig[n]itatis alterius additamento
cupiat decorari doctoratum meritissime postulat. Quemquid[em] ut
dignitate[m] p[re]excellente[m] e[ss]e cognoscat Justum fore duxi p[ri]uile[gia].
om[n]ia et attributa, que in varijs iur[is] partibus sparsa comperi enarrare.
pri[vi]legium doctor[um] — P[ri]mu[m] quide[m] illud est, ut nec torture subici possit, doctor q[ue]madmodu[m] eni[m]
armate militie milites torqueri Jura prohibent C. de quest. l. milites
Jta et pariter eos qui in sacra militant sap[ient]ia torqueri p[ro]hibitos censeo
Militant namq[ue] sacre sapie[n]tie insistentes qui gloriose vocis confisi mu-
nim[ine] laborantiu[m] spem vitam et posteros defendunt. C. de aduo. diu.
iudi. l. aduo[ca]ti Ceterum et casu aliquo torqueri p[er]misso reperiamus, id i[n] ce-
spale est, ut p[ri]us dignitate doctorali degradari debeant C. de male
et math. l. et si excepta. ibi subsidio dignitatis exutus etc. vbi est
tex[tus] singularis. circa quod gaudi[um] illud no[n] dignu[m] esse censeo, vt et is
qui ob p[ro]p[ri]etatem aliquod facinus doctorali milicia extitit denodatus
Rursus ad eandem iur[is] licite asp[ir]are no[n] possit, ut sim[i]l[ite]r determinat d.
Bal. C. de lib. et eo. li. l. ij. motus illius tante similitudinem decidentis
libertum delicto ex aliquo in s[er]uitutem reuocatu[m] amplius no[n] nisi ex p[ri]n-
2 cipis b[e]n[efici]o libertatem posse consequi. S[ecundu]m ut et q[ue]madmod[um] armati mili-
tes atq[ue] celestes dona[tiones] in genibus p[ro]hibent[ur] effunde[re] vt p[ate]t
p[er] C. de dona. int[er] vir. l. ij. ff. de testa. mili. l. miles ita
§. mulier. ff. de hijs qui vt indig. l. mulierem s[ecundu]m no. so. an[te]
i. C. de hijs de sepul. in no. Jta et hij quos sacre sapie[n]tie dicimus
militantes ut sint sim[i]l[ite]r determinat Hosti. in ti. de do. §. et cui d[...]
3 excepe. 3[m] ut quemadmodum armatus miles no[n] ultra quam[...]
q[uam] facere possit ff. de re iudi. l. miles Jta et militantes pericia
litterarum ut ibi determinat glo. 4[m] si egestate laborant discretes
8 et alimenta eis p[re]standa cogit p[re]tor ff. de var. in[ter]p. l ij §. p[ri]mus
dumus vbi est tex[tus] singularis p[er] que hec determinat Inno. 5[o]
4 furce p[ro] delicto etiam r[...] minus subiacendus est exemplo militis
veterani ac decurionis ff. de pe[n]a. l. moris §. iste fere C. e.
ti. l. honor. ff. de re mili. l. desertorem §. pe[n]a militum
6 vbi etiam no. glo. 6[o] ut in sibi debiti exactione pari cum dotis
exactione gaudeat p[ri]uilegio vt ex glo. l. i. ff. so. ma. ibi nota[n]t
A iur[is] v[ir]tutes Bar. atq[ue] Bal. A[...] hijs qui actu docent vrgente
necessitatis cum dom[o] edes p[ro]prias cogi locare, compelli p[o]s[s]u[n]t ut sim[ilite]r
determinat gul. C. de epis. et cle. l. decernimus ar. l. illius 2 l. ij.
C. de stu. liber. vr. ro. li. xj. 8[o] ex iniuria quamuis i[n] eu[m] illa

popularem dicimus oriri accusacionem ut alligant innuit Bal. ff. de iusti et iure l. ij. § publicum ar. tex. illius et prima de di. Ius publicum sicuta l. si quis in hoc genus C. de epi. et cle.
9 Nono qui ex eis nascuntur alijs quibuscumque bonitatis est equa
10 les incessibus sensionibusque preferimus. Decimo et absque aliorum
11 sumptuum oneris eos natos et ad magisterii gradum. Undecimo
assumimus et hoc ambo not glo sim C de aduo diuers iudi l iubemus — eum militi preferimus secundum communem morem maiorum sententiam quam quidem
verum fore, atque ea racione monstrari sum solitus, si certo cum tu o[mni]bus
est doctoratum ipsum dignitatem fore de mag. f. o. dicto milicia vero at — Not an milicia sit dignitas
minime est dignitas ut communis est morum maiorum sententia quam
triplici racione corroboro primo ex tex. fi. l. fi. C. de iurisdictione om-
iudi. ubi legislator copula diversitatis demonstrativam inter dignitatem
atque miliciam interserit. 2o ex tex. iusti qui mo. sui pa. po.
sol. § filius, ubi tex. sic dicit milicia vel consularis dignitate, profecto
autem si milicia dignitas foret militaria vel consularis dignitate
dixisset. 3o quia video libertum cui ad dignitatem omnem denegatum
ascensum ut l. i. et ij. C. de si. servus aut libertus. li. xo. militem posse
ff. de opibus. li. l. opis obligatus. Novissime vero in contrariam sententiam
me traxit tex. nullo iudicio meo unicus et singularis in aut. ut
li. matri et avie § reliquos. Ibi aut milicie aut studij dignitas etc.
qui in hijs verbis apertissime casum habet miliciam dignitatem esse
et miror casum illum nec hucusque a nostris patribus ponderatum. pla-
ne illum clarissimum esse eos milites, qui ad latus principis mis
assedendi ius habeant. Item eos qui milicia excercentes alijs preferunt
militantibus, claros et illustres que reddimus. et de primo est tex. sim.
C. de proximis sacrorum labor. l. i. li. xij. ubi consulatus nostre dignitatis
illustrat etc. De 2o est casus No. C. de offi. mag. militum l. pe.
ad armoniam. Postremo dubitacionem hanc ita determino ut in
doctoreis actibus doctorem militi, in militibus vero militem doctori
preferimus. Hinc est casus sim. C. de offi. vic. et prefecti l. in
civilibus. quid autem in indifferentibus sit non determino mine ad
presens mea oracio alteri ex his ordinibus iniuriam videatur inferre.
12 Duodecimo et si tabellionatus officio fungens prius fuerit publicus
fuit. post assumptum hunc gradum frustra conficere non cogitur et
si voluntarie confecerit prerogativa non gaudet. doctorali et primum
Not. glo. or. C. de aur. l. vulsus. 2m pz C. de tabel. l. ij. e. li.
13 C. de fals. l. si quis decurio. Tertiodecimo ipsi discipuli doctoris
seu persona semper sancta et honesta fidei videri debet quamvis honesta
sit ut et liberto in filio patris ac parentis dicat glo. or. ff. de obse. l. liberto

Quartodecimo ei ad principem accedenti quelibet et si clausa patet dete- 14
summa C. de offi. diui. iudi. l. sanct. Alibi enim dicit tex. sic enim re-
lationes doctorum libenter audiuimus ne ipsorum de causis uideatur auctas
si eorum eorum consulta veluti peratorum publice animo additis repellamus
Hec est pulcra lra. C. de ss. off. uitat. l. relationes. Quintodecimo 15
eius doctoris filius et si apostolice sedi in temporalibus fuit subsunt legitimat
imperator ut sin. determinat. d. tal. C. ne si propa. aut. hita. sic quod
in aliis sit antiqua semper et ut magna dubitatio. Sextodecimo eis et 16
extitit principis instar etiam ubi princeps moram traxerit velpocio ubi gaudet 17
C. de hono. vehi. l. i li. xi. Decimoseptimo summus princeps doctorem
amicum atque patrem in sin. prerogatiue signum appellat. C. cota. l. ex dum
C. de contrahe. et commit. l. fi. rursum. Decimooctauo et si lecture 18
usque ad annum xx^m operam dederit, eum comitem illustremque effici dicas
C. de profess. qui in ur. constan^na l. i li. xi. Decimonono vox in eis 19
vocatio scriptura non inde verbo fieri debet dicit tex. singul. C. de dign. tes
l. quotiens. li. xii. Vicesimo nec qui apud migratos fungentes offi- 20
cio famulantur ipsos licite per arms scrutari possunt, aut capiunt
ut eos personaliter in ius vocent C. de profess. et medic. l. medicos li.
x. Vicesimoprimo nec muneribus onerentur personalibus C. e. ti. l. 21
grammaticos C. de aduo. diui. iudi. l. neque et l. sancimus. Vice- 22
assignari simosecundo debet eis domus in publico ut facilius consuli possint prout
nec factum fuisse fertur Scipioni nas qui optimus a senatu
appellatus est ff. de ori. iur. l. ii. §. fuit post eos. Hiis aut
omnibus priuilegiis locus erit nisi is qui doctoratus dignitate ad- No. doctorem qui non gaudet priuilegio doctoris
eptus fuit et eadem et non gradatim ordineque solito promotus extitit
saltum quoniam per saltum promotus prerogatiua non gaudet doctorali dicit tex.
sin. C. de aduo. fisci. l. nemo vel nisi parentes eius vitali muneria
affecit quoniam a doctorali tunc debet deponi quemadmodum eo casu
miles militia degradatur ut dicit glo. sin. in l. i. ff. de
obsequiis

[...] in congregacione generali die veneris xviij decembris 1438 Basilee

De insignijs legatorum &c. per dominum Ludouicum de Urbe

Questio est per suppositam suspensionem pape Cardinalis cuius extat
legati de latere legacio propter suspensionem non exspirauit Ingredi
possit Sacrum generale concilium cum insignibus legati de latere
atque etiam eis uti. Et in hoc dicendum quod aut queritur in quantum
hoc possit considerata preminencia concilij generalis tantum et tunc arbi
tror quod sic. Et racio prima est quia concilium generale ecclesiam uniuersalem re

qui faciunt concilium generale

presentans faciunt singuli ordines ecclesie ibidem conuenientes. qui ex
eo quod ibi conuenient, non tamen iurisdictionem voluntariam et territorium
exercabilem amittit de offi. le. c. Nouit in glo. de preben. c. statutum
in glo. penult. li. vj. et est tex. ff. in l. ij. de off. proconsul. sicut
nec amittit ipse papa qui iure pape presentis solum presente Lugdunensi con
cilio deposuit exigente iusticia Fredericum ut in c. apostolice de re
iudi. li. vj. Ubi hoc ex textuali suprascripcione probatur. qui etiam
in uniuersali Lateranensi Synodo iure pape presentis eadem Synodo sollu
suadente in foro anime uniuersalem potestatem exercuit eorum omni animas
vincat peccatorum absoluens qui manus porrigent adiutrices in subsi
dium passagij terre sancte ut continetur ex vag. Lateranensis concilij quod
transferunt ostie et so. an. m. no. m. c. ad liberandam de iudicis ac id.
de sepul. cle. dudum ij. q. i. c. scelus. xxiij. di. c. in nomine domini xi
q. iij. in c. Theugaldum iij. q. v. in c. accusatoribus ad fi. pariter
quoque nec amittit usum insignium quilibet in gradu suo Cum enim
ipsi omnes concilium facientes uniuersalem ecclesiam representant honestum et
honorabile est ut representetur per omnes in ornatu et insignijs proprijs duplici
tempore primum ut huiusmodi concordie ornatu atque decore gaudeat ecclesia
et glorietur in membris suis. ad hoc tex. notabilis. xvj. q. iij.
in c. archiepiscopus. 2o quia conuenient sacerdotibus ornare dei templum
quod est ecclesia honore congruo atque etiam ut cultu ornato aula dei
resplendeat dicat tex. ad propositum notabilem lxxxvj. di. c. pulchra
etiam liberalitas & hec magis necesse est temporibus nostris ne decus
matris nostre ecclesie que hodie procdubio videtur miserabiliter conculcari
minuatur sed magis cumuletur ac amplificetur dicat tex. de conse.
di. i. in c. vasa. ad idem xxv. q. ij. Quodcumque ecclesia quippe parens
nostra est unde eius gloria eius honor est et eius filij in ea representata
comparcant insignibus ornati & sapientes ad hoc tex. xcv. di. in c. esto
subiectus. Et in ducto consilio que de dignitatibus c. generalis ibi dum inquit
filiorum decus et gloria multo maior parentum laus erit atque erit sue
magne leticie causa &c. Ceterum cum in conspectu representate ecclesie appa
rent singuli ecclesiasticorum ordinum insignibus suis ornati ipsa mater
uniuersa ecclesia que ex multis concordi [...]ositate collectis unae
vij. q. i. c. Nouacianus xxiiij. q. i. in c. loquitur de sum. tri. c. firmiter

gl. vno de conse di. iiij. iij c. quod Jn decore ac ornamentis suis
ornata dicatur comparere varijs quidem secundum varietate ordinum et hoc
est quod predixit propheta eximius dauid de ecclesia loquens astitit
regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate
sibi ergo ipsi in iniuriam fecerit mater ecclesia si ex multis in vnum collectis
non patietur permitti reputare se in varietate ornamentorum atque
insignium cohencium particularibus membris suis quod quidem presumendum
non est vt no. inquit tex. notabilis de elec. feu. c. i § sed diuersum Ecclesia
cultrix et auctrix iusticie non patitur aliquid contra iusticiam fieri in se
fieri vel in alterum postremo etiam ad hoc est racio quia videmus
quod cum episcopus qui est corporalis ecclesia ut 7 q. i. in c. scire debes obiecerit
vii q. i in c scire debes compareret in conspectu populi vbi predicet verbum
dei illum vicijs purget atque virtutibus illustret, debet comparere in in-
signibus pontificalibus cum mitria scilicet et baculo, hoc est quod dicit
glo. notabilis de conse. di. i in c. nullus episcopus et in c disciplina xlv
di. hoc arguens ex tex. ibidem pari igitur racione dicendum est quod cum ecclesia
vniuersalis ex multis in vnum collecta certo loco reputata ad predicandum orbi
viam salutis et morum reformatorum populo xpiano comparere debet ornata
in membris suis atque insignibus decorata que sunt membra singulis
coherencia ad hoc ut verificetur verbum psalmiste. Astitit regina a dextris
tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Aut queritur vtrum
hoc possit considerato scilicet quod post personalem suspensionem apostolica
sedis hic esse censetur et tunc etiam dicendum arbitror quod sit presup-
ponendum tamen quod licet fere fatendum sit exercicium atque potestatem ad
ministracionis sedis apostolice apud concilium hoc esse. Ita quod non apud papam propter
suspensionem tamen ipse sedes apostolica vere hic non est sed reputatiue. Hoc autem
probatur, quia vere illa est apud papam licet sine exercicio et auctoritate sue
administracionis. Vnde inquit Jmo. ibi esse limina beatorum apostolorum vbi est
papa etiam extra Romam de im. im. in c Ego N. Spe. quoque de legati
in ti. de legato § fi. finitur vsi. Jtem aduentu, inquit quod ibi Roma est
vbi est papa xciij. di. in c. legimus versus finem ibi quoque sedes apostolica
est vbi papa de priui. c. cum dedulus li. vi in glo super verbo sedem vacante
Cum ergo vere sedes sit vbi papa licet sine exercicio quia suspensus
necesse est ut vere hic esse non possit. Sed reputatiue. et hoc tex.
optimus xxiiij. q. i. i c. didicimus ibi dum inquit. Ecclesia vna est que
vna et intus esse et foris esse non potest Si enim apud nouacianum est
apud cornelium non fuit etc. Stet ergo tunc quod Vtrum cum apud vere in
sedes apostolica est reputatiue vel licet vere cum exercicio et administracione ipsius
legatus apostolice sedi vti possit coram illo legacionis insignibus vt cruce
et similibus si qua sunt Et in hoc dicendum quod aut id apud que est vere in- tunc

vtitur ex priuilegio sin(gulari) insigniis ap(osto)lice dignitatis vt equo albo veste
rubea (et)c. Et tunc legatus in conspectu illius vexillo crucis crucis
seu alijs insigniis non utetur Iste est tex no(tabi)lis in c antiqua (de) privi-
de priu. Et huius est ratio quia representat tunc tal(is) in omnibus insigniis
p(a)p(a)m predictum quemadmodum (ergo) apud p(a)p(a)m portas urbis legatus in
gressus deponit insignia ut est expressum in l si ff de off p(ro)con
vt no(tat) spe(culator) in ti de legato v(ersicu)lo p(ar)all(e)lo Ita pariter nec utetur ap(u)d
illum qui in insigniis omnibus locum tenet p(a)p(e) Cum ea debeat p(re)
rogatiua honorari qua is cuius locum t(enet) ad hoc tex optimus
xciij di in c puppimus ibi dum dicit tunc enim sicut illius locum
tenens honorabit(ur) (et)c. Aut legatus reperit se in conspectu eius qui
non vtitur insigniis summi pontificis et ambo pares sunt dignitate
quia ambo legati de late(re) et tunc alt(er) in alterius conspectu legationis
insigniis vti potest hec probat(ur) p(er) tex opti(mum) et aptissimum in l i ff
de off proconsul vbi p(ro)consules etiam in aliena prouincia vtuntur
insigniis proconsularibus Ita igitur et legatus vnus de latere in al
terius prouincia vtetur legationis insignia cum sit equipatus legatus
proconsuli de off le c ij li vj et illam l i ad hoc allegat Ost(iensis) ut
li pen c i ad hoc etiam quod videmus in simili archiep(iscopu)m in aliorum alieno
territorio ex exemplo uti posse ante se vexillo dominice crucis
de priuile clemente archiepiscopo. Aut comperit se legatus de latere
in conspectu alterius se(dis) ap(osto)lice representatur s(ed) minoris eo quia ille
legatus natus seu missus, alius vero in eodem loco legatus de late(re)
et tunc minor coram legato maiori et sic honorabilius ap(osto)licam
sedem representante, deponit insignia; sicut enim maioris amplioris ho
noris prerogatiua letatur sic ampliori vtitur auctoritate de off le
c i li vj. Hoc aut(em) probat tex de offi le c volentes et ad hoc dec
talem illam allegat spe(culator) in ti de legato v(ersicu)lo Sequitur v(ersicu)lo Iste no(tabilis) q(uo)d le
gatus de latere Justum enim et dignum est ut minor p(re)sertim in maioris conspectu
insignium vsum amittat/ Ex quorum delatione maiori que eidem
uti valet inferretur iniuria ad hoc tex xxj di in c denique xcv
di in c etiam de conse di ij in c cum ad celebrandas xxvj q vj
c inistre. Et plene no(tat) bar ff de damp infec l quarta § si ea
vicinum, et C de palatinis sacrarum largitionum l inclyt li xij Est
enim potioris gradus in gradibus ab inferiore reuerentia exhibenda
C de offi vic rec prouincie l potiores cum similibus Nunc igit(ur)
ad propositum intendendo tu apud sacrum Concilium representet(ur) ap(osto)lica sed(es)
siue insigniis ap(osto)lice dignitatis cum sit in sede in ipsa Synodus
considerata (pro) incorporenum et sic vestrorum insignium vsum non recipies
ut ex ore rei euidencia demonstrat(ur)/ Vnde est ut legatus de latere

ipius apostolice sedis. In cuius conspectu legatorum insigniis uti possit per
tex. dicte l. i ff. de off. proconsul. et dicti c. antiqua ubi a contrario
sensu littere casus est ut supra deduxi. Nec refragatur quod cum plenius
et potencius representant apostolica sede in concilio generali quia in administra
cione populi commoda. Igitur legatus minus plene representans non
debet uti in cuius eius conspectu insigniis. sicut nec legatus minor in conspec
tu legati maioris. Et sic plenius sedem apostolicam representans ut not. spe.
in loco preallegato per dominum et volentes. Quia respondeo quod maior
ratio diversitatis est inter hos casus. In casu enim dicti c. volentes igitur
legatus minor non utitur insigniis in conspectu maioris quia nec
etiam utitur eo presente exercitio iurisdictionis et sic frustratur omni legationis
effectu ut in dicto c. volentes [struck] Et legatus de latere non privatur exer
cicio sue iurisdictionis in conspectu concilii ut supra dixi. et de facto
vidimus practicatum in persona Reverendissimi patris domini Car. Sancte Sabine
Preterea ad hoc ut quis in conspectu maioris prohibeatur uti insigniis
dignitatis non consideratur maioritas exercitii in iurisdictione. sed solum quod ille
maior uti possit plenius et maiori dicte insigniis ipsis quam minor,
quia tunc minor uti non debet. hoc probatur per tex. in dicto c. antiqua
§ deinde dicte. ubi dicitur quod tunc patriarcha in conspectu legati de
latere prohibetur uti vexillo dicte crucis cum ipse plenius et potentius
patriarcha uti potest insigniis apostolice dignitatis. ubi autem ita uti non
potest, tunc patriarcha utitur etiam in conspectu suo et tamen est etiam quod quo
ad exercicium iurisdictionis legatus de latere habet maiorem potestatem patriarcha cum
post summum pontificem maiorem potestatem omnibus habeat in provincia
sibi decreta ut in c. si abbate de elec. li. vi. ff. de off. proconsul.
l. et lo. Preterea ratio quare minor in conspectu maioris uti non potest
insigniis quibus alias uti posset, ad quod ipsi maiori competentibus
illa est. quia videretur obfuscari preeminencia maioris atque sibi iniuria
fieri si in conspectu suo alius minor insignibus quibus ipse utitur
Et quia apud plebem imperitam insurgeret confusio et forte non cog
nosceretur quis maior foret. Et hac ratione decisum est eos inferiores
quibus ex privilegio concessus est usus insignium maioribus pertinencium
in maiorum conspectu illis plene uti non posse sicut utuntur cum ma
iores absunt ut in c. ut apostolice de privile. li. vi. Et hec etiam est ra
tio quare in conspectu pape cessat usus insignium legatorum ut in dicto c.
antiqua excepto tamen singulari in l. unica C. de honoratorum vehicul.
li. xii [struck] Et ubi is qui maior est preeminencia exercitii iurisdictionis
et dignitate insigniis uti non potest non tamen ut est sacrum concilium propter
incorporalitatem ipsius ut predixi. Certe tunc legati de latere in conspectu suo
uti possunt quia cessant ille rationes quare non utuntur coram papa

qui velud unus homo eis uti pot. Ultimo concludo cum tex ad ppositum singulare in l. iubemus C de ppo sa cubicli li. xij. ubi datur doctrina singularis. s. q existentibus in pemimentia dignitatis licitum est uti insigniis ex quibus eorum honor impletur, et nullius insurgit lesio. Ita igitur in pposito considerato q ex delatione insignium in psona legati eius honor impletur et sancte Synodi lesio no insurgit. Cum ipa ex eius incorpalitate illis uti no valeat ut pdixi. Et sic non sit honoris sui obfuscatio si alius utatur, quis sit ut legatus de latere valeat illis uti per tex aptissimu ut in dicta l. fi. hec et inferiora ff. subiciens determinationi et correctioni huius sancte Synodi Basilien.

Illud tn ne obmittendum q si sancta Synodus stante ppali suspensione unum ordinaret vicesgerentem ppe cum omnimoda ptate et gnter talem qui uti posset ppalibus insigniis, tunc legatus de latere sc. aplice locum ingressus ubi ille foret deponet insignia tunc enim sibi vendicarent locum rationes que in ppa sup posite sunt. Item quia vicegerens psidentis p unisitate electus hiis prerogatiis ac immutatibus utitur quibus is cuius vices gerit C ut dignitatum ordo servetur l. fi. li. xij. qua ad hoc eleganter pondat bar in l. filius et l. vicarius ff. de legationibus, ppt suspensionem non exspirasse legationem manifestatur quia si non p morte ppe finitur legatio ut est expssum de offi le. c. ij. li. vj, multo minus psuspensione quam non nisi q psuspensione p ppe obitu omnis ppalis ptatis administratio ad Concilium ac congregatum devolvitur et sm^r determinat arch^{di} xl. lxxvj. di in c porro. Nec etiam ego illud obmitta q et ipum gnale concilium post ppalem suspensionem legatos antea creatus no dz sine evidenti causa revocare prout in simili concludit Osti. de penite. et remis. in c. cum ex tris et Specu in dicto §. finitur. vs. si. h. in gn glosa in dicto c. ij. de offi lega. li vj. dicentes. Cetum cardinalium ad quem se vacante gravi necessitate urgente omnis incumbit ppalis administratio ut in c. ubi periculum §. idem quoque de elec. li. vj et in cle. ne Roman de elec. Et quod plene not de sas. c. uno li. vj. et p Osti. de pen. et remis. c. cum ex eo revocare non debet legatum aplice sedis nisi ex magna et evidenti causa. Est enim legatus ppe aplice sedis legatus ut not glo fi. in dicto c. ij. de offi de le. li. vj. sedes vero aplica nunquam moritur de Rescript. si gratiose li. vj. xij. q. ij. c. liberti.

Fortificatio premissorum p dnm Ludovicum de Romar.

Dicitur ad usum premissa quod quedam sunt insignia presidentis denotativa iurisdictionis, et baculus pastoralis de quo in c. 1 ad si. de sacra unc. collocatio cathedre ubi ius redditur et istis non potest presidens seu legatus uniri uti in loco sue iurisdictioni non subdito et hic ad hoc allegetur Nicholaus textus est quod in cle. una de fo. compe. per locum a spali in c. cui episcopus de offi. or. li. vi in c. luminoso xviii q. ii ibi nec audeat ibi episcopus cathedram collocare 2º ad idem tex. in c. extirpare de auctoritate et usu palii ubi expressum est metropolitanum usum palii in quo pontificalis officii plenitudo cum archiepiscopalis nominis apellatione confertur ut in c. nisi spalt et c. cum sit etc. ti. extra propriam provinciam habere non posse; ad idem quod habetur de remi. ad supplicationem quod probatur in l. i. 2 ii C. ut ne in liceat sine iussu principis signa imprimere rebus quas alius tenet et xvi q. vi c. consuetudo in glo. sensu iurisdictionis. Quedam vero sunt insignia que ubi est expressum in alterius re uti non posse insignia denotative domini seu iurisdictionis. Quedam vero sunt insignia denotativa dignitatis ut rationale quo episcopus utitur de quo xxxvi di. in si. item mitra de qua xxi di. cleros; et uti uti potest illis in loco eius iurisdictioni non subiecto ut in superioribus demonstratum est et ultra premissa not. glo. ii in dicto c. extirpare; quedam sunt insignia denotativa utriusque s. iurisdictionis et dignitatis et istis uti potest quis in loco sibi non subdito sine iurisdictione exercitio idest in actibus annexis solum ordini et dignitati non autem iurisdictioni ut not. glo. in dicta cle. archiepiscopus; istis autem uti potest ubi ipse dignitatem eam cuius insignia ut ibi obtinet, licet non actu exhibite et quia in alieno territorio est. Et ubi dignitatem illam nec habitu nec actu tenet, ut quia exspiravit tunc insigniis dignitatis illius uti non potest ne videatur reputare id quod non est alias etiam gravissime puniendus est ad hoc licet nichil allegetur tex. est ad propositum notabilis in l. ita si quis ff. quod debitus de fals. dum inquit qui se promiscue gessit et illicitis usus est insignibus pro commissi qualitate gravissime puniendus est etc. Et illam l. dedat d. bar. in l. qui sub pretextu C. de sacro sancte eccle. Cum igitur per interitum in locum synodi generalis legationem depravat ut est expressum in l. si ff. de offi. proconsul. cum aliis allatis quod est, et amplius legationis insigniis non utatur per premissa. Ad hoc respondetur quod et posito quod legatio exspiraverit per ingressum in locum synodi ad quem translata est propter suspensionem papalis administrationis quod tamen non conceditur per supradicta Nicholaus adhuc in ipso ingressu legationis insigniis uti potest. Et hoc quia donec legationis gesta non t noverint tenuit propositi conspectum se putans remanet penes eum reliquie legationis et recens legationis memoria, que operantur facultatem delationis insignium

in ingressu. Et hoc primo tex notabilissimus in simili in l. fi. ff. de decurio. ubi expressum est eum qui desiit esse decurio ob memoriam pristine dignitatis et privilegio potiori quo gaudebat cum actu decurio foret sic ut torqueri non possit. 2° ad idem notabilis tex in c. 1. de vasal. qui cont. constitucionem lotarii in l. usi. feu. ubi est expressum eum qui feudo renunciavit et sic vasallus esse desiit olim suum dominum in nullo offendere debere ymo si offenderit iudicari qui dominum offendisset ob memoriam prioris domini. Ad idem ff. de quib. l. omnis § servus. 3° ad idem tex no. ff. ex qui cau maio. l. ab hostibus § sed et qui simpliciter. ubi expressum est legitum qui causa rei publice absens fuit reversum non statim desinere gaudere immunitate legati gessa sed eadem gaudere infra modicum tempus infra quod saltem sarcinulas distemponat et sic pariter etiam infra ad tempus quo se totaliter ab officio legationis absolvit sive administracionis gesta narrando se pp̄ali conspectu putando. Sed et quarto magis ad propositum accedat tex notabilissimus in dicta l. fi. C. de ppo. sacri cubiculi l. xii. ubi expressum est in memoriam pristine dignitatis illis qui fungebantur officiis de quibus ibi uti posse eius officii seu dignitatis insignibus cum ex eorum delacione ipsorum honor impletur et alterius lesio non insurgit. Et si dicatur quare ergo hoc in legatis de latere non permittitur cum ipsi ingressi locum ubi est princeps insignia deponunt ut in dicta l. fi. ff. de off. proconsul. Respondeo hoc respectu summi pontificatus fore quia videretur obfuscari preeminencia maioris atque sibi iniuria irrogari si in conspectu suo alius minor insignibus utatur quibus ipse uti valet. Et quia apud plebem imperitam insurgeret confusio. Nec forte cognosceretur quis maior foret et hac racione decisum est quod inferiores quibus ex privilegio concessus est usus insignium maioribus pertinencium in maiorum conspectu illis plene uti non posse sicut utuntur cum maiores obsunt ut in c. apostolice de privile. li. vi. Et ubi is qui maior est preeminencia et eciam iurisdictionis in dignitate insignibus uti non potest neque valet ut est sacrum concilium ut est propter ipsius incorpalitatem ut predixi. Certe tunc olim legati de latere ingressu propter recentem memoriam pristine dignitatis in conspectu sinodi uti putant pro premissa quia cessant ille raciones quare uti non potest coram papa qui velud unus homo eis uti potest ut predixi. Item quia ipsorum honor impletur et synodo que illis uti non valet iniuria non infertur ut dicta l. fi. C. de ppo. sacri cubiculi. Cum ergo legis racio supposita istam decidat questionem. Insigne vero dominice crucis de necessitate iurisdictionis non fore est aperte expressum in dicta cle. archiepiscopo ubi dicitur

pontificem etiam in locis exemptis uti posse vexillo dominice crucis
Non autem posset si foret insigne iurisdictionis denotatiuum ut in dicto c.
luminoso cum pallacis probatur etiam in dicto c. antiqua § dominice
ubi patriarche permissum est ubique uti crucis vexillo quod minime
posset si iurisdictionis non autem dignitatis foret denotatiuum [illegible] in dicto
c. Cum episcopus cum allatis. Postremo demonstratur etiam hoc in c.
ad hec de aucto. et usupa ubi decisum est archiepiscopum mortuum debere
cum pallio sepeliri et huius non est alia ratio nisi memoria pristine
dignitatis. Cum etiam sit probitum in eo fuisse dignitatem dissolu
tam. Notatur etiam hoc de postul. prela. c. bone. el. secundo. Hec suffici
ant ad responsionem que submitto catholice ecclesie correctioni.

Sed et videndum est quare usus inoleuit legatum de latere aliosque pontifi
ces uti hoc insigni delationis dominice crucis Et quidem prima qualis
racio esse potest ea quam reddit tex. ad propositum not. in autentico de mona
chis in § illud igitur dum inquit. Adorandum autem dicimus veneranda
et venerabilem vero crucem illa enim nostre salutis est signum, ad idem
de consecra. di. iii c. crucis 2a vero magis specialis illa est scilicet quia ut
inquit in sibi lra de relig. et ve. sanc. cle. una. cuius ymago frequencius
conspicitur eius memoria strictius ac firmius conseruatur c. de sta
et yma. l. ii. Unde inquit greg. quod igitur introducta est ut intue
cohiam xpiani mortui sepultura ut quociens illius proximi ad
sacra loca conuenerint ipsius quoque aspexerint sepulturam sic
recordentur eius et pro ipso domino preces fundant inquit tex. xiii
q. ii in c. cum grauia. Eadem etiam racione dicimus introductum
fore usum ymaginum sanctorum sed ut ex eis in illorum qui figurantur
memoriam et recordacionem transeamus et sic ipsos plenius
recordacionis ueneremur. Inquit lra de consecra. di. iii. in c. venerabiles
Ista igitur legatus seu pontifex gestat ante se dominice crucis insigne
ut saluatoris nostri eiusque passionis sit apud ipsum crebra recordacio
que in eo magis quam in alio pluri ex causa magis debet fore continua
primo ut quo transit magis in memoria redemptoris eo amplius
apud deum pro xpianorum salute oraciones effundat, ne alias nulla
utilitas sit insigne xpi dum omnes descendunt in corrupcionem
Hec enim est officium presidentis ecclesie ut pro populo orat ad deum.
Unde inquit tex. iii q. i in c. nulli dubium. i q. i in c. ipsi sacer
dotes pontifices pro populo apud deum orant ut sic pabulis eius
peccata deleant atque consumant, hoc ipsum facit Moyses nomine figura
pontificatus inquit enim tex. xxxvi di. in c. sequitur mult xxi q. iii
in c. porro quid facit Moyses ad bellum non vadit sed orat et dum

oret vincat populus, dum orare desinit vincatur et fugatur. 2a quidem causa est ut per signum
crucis videntes obedienciam et humilitatem salvatoris, ipsi quoque ad humilitatem et obedienciam
instruantur, multa enim pertulit salvator noster, ut nos doceret paciencie et hu
militatis exemplum xc iij. di. c. dominus noster. Cum enim sciat se quibusdam fore
prepositos non moleste ferant aliquos sibi esse prelatos, ymmo obedienciam
exigit quam ipsi exigunt alijs ipsi dependant velud discipuli mitissimi magistri dicentis
discite a me quia mitis sum et humilis corde. Mt. xi°. transumitur ij. q. vij.
c. qui scit se. unde et inquit rex in nichil fore quod humilitate splendidius
in pontificali cernatur refulgeat. c. di. c° cont. mora, ad idem C.
de episcopis et cle. l. si quis in hoc genus. Hoc quoque in persona apostolorum ipsos mo
nuit xpus salvator noster. Luc. xxij. et Mt. xx. transumitur ix. q. iij. c.
nullus primas. xc iij di. c. dyaconi dum inquit, sed qui maior est in vobis
fiat sicut minor. et qui precessor sicut ministrator etc. Ecclesiastici vero
xxxij. dicitur Rectorem te posuerunt noli extolli, Esto in illis quasi
unus ex ipsis etc. 3a causa est ut habentes recordacionem frequenter exi
visse redemptorem nostrum de loco sancto suo, mortem quoque subivisse
temporalem, ut salvum faceret populum suum ipsi quoque eius exemplo docti
parati inveniantur, ut cum expedit animam suam ponere pro ovibus suis
nec mortem subire metuant temporalem, Cum in persona apostolorum moniti nos
catur a salvatore Mt. x°. dum inquit. qui non accipit crucem suam et se
quitur me non est me dignus etc. eos instruens ut ad instar sui non
fugiant cruciatus pro populi sibi commissi salvacione. Crux enim a cruciatu
dicitur, Iuxta illa ij. q. j. c. nulli dubium. Si hoc non agunt nomine
boni pastoris perdunt cuius est animam suam ponere pro ovibus suis. Io. x°.
transumitur de renunc. c. nisi cum pridem xxiij. q. iiij. c. tres personas
etc. quod nos. hoc ipsum fecit Moyses tunc cum israhelitici populus cum ante
oculos dei pene inrecuperabilem contraxisset offensam se adversus impetum
dei irascentis opponens ait domine aut dimitte eis hanc noxam
aut si non, dele me de libro tuo. Exod. xxxij. c. Et transumitur xl. v.
di. c. disciplinae de pen. di. ij. § oppo. xxiij. q. iiij. c. quod culpatur
Idem fecit david sanctus rex. qui angelo plebem suam feriendo se opposuit
dicens ego sum qui peccavi, grex iste quid fecit fiat manus tua in me et in domum patris
mei. primo paralip. xxj. c. transumitur de pe. di. iij. § illud non hoc est
quod pontifices ponere instruit beatissimus gregorius vij. q. j. § cum vero dum
inquit cum vero non prelatorum tantum, sed totius ecclesie salus queritur, fideles impugnatur,
necesse est ut ex adverso ascendant, et in die belli se ipsos ut murum opponant
pro domo domini et animas suas ponant pro ovibus suis ut exemplo sue passionis
attendant quos sermone doctrine divinitus confirmare non valent etc. ad idem
xlviij. di. sic rector xxiij. q. viij. c. convenior. Quarta causa est ut aspicientes
continuo xpum, se ipsum posuisse pro nobis in salutifero ligno crucis memorentur
se non sibi ipsis, sed xpo vivere, et sic nostra quiete obmissa saluti populi sui
consulere dicente apostolo ad Corin. ij. quinto. c. et transumitur viij. q. j. c. in scripturis

·si unus pro omnibus hominibus mortuus est ergo omnes mortui
sunt Et pro omnibus xps mortuus / superest ut qui vivunt iam non sibi
vivant sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit / Si ergo unigeni
tus patris pro explenda communi utilitate de secreto patris ad pub
licum nostrum egressus est Nos quanto magis quietem nostram post ponere
debemus saluti proximorum / quies itaque nobis ex corde appetenda
est et tamen pro multorum lucro aliquando post ponenda etc. Ex hiis igitur
declaracionis huiusmodi effectibus liquido innotescit insignia huiusmodi de
notativa sui dominii minime fore / Sed indicativa humilitatis atque obedie
supplicacionis ad deum pro omnibus suis atque exinanicionis pro se
ipse pro populo suo et sic absordum non fore ut pontifices atque
Cardinales legati de latere qui in titulis eorum vice funguntur episcoporum
sedium quod Jo. in no. in c. uno de maio. et obe. li. vi. eadem insigni
uti valeant iuxta canonicas sanctiones etiam in loco ubi iurisdictionem
exercere non valent //:

Munusculum Regale

COGITANTI cogitanti Serenissime princeps aliquod venerabile munusculum offerre maiestati tue, Cum offerendi realis non sit in facultas nullum aut offerre posse gracius estimavi eo quo plurima in tue maiestatis curia contenciones sedabuntur Inter est enim rei publice atque tue maiestatis privatas sediciones non adesse cum in hiis res publica atque regalis maiestas plerumque versetur ff. de captiuis l. si quis ingenua § in ciuilibus. habes enim in curia maiestatis tue plurimas nobiles probatasque personas prout principes conuenire censet Sacratissimus legislator C. de testamentis l. omnium inter has plurimum contencio nascatur que earundem in consessu consilioque reddendo prior aut posterior esse debeat. huic igitur rei ad honorem tue maiestatis atque ad sedandum tue curie contencionem determinacionem imponere cupiens sic incipio.

Duo sunt quibus principaliter hic mundus regitur

Duo fore quibus principaliter hic mundus regitur scilicet auctoritas sacra pontificalis ac regalis potestas xcvi. di. duo sunt de ma. et obe. c. solite. de censi. omnis anima. Sacerdocium autem diuina ministrans, Regia vero potestas humanis presidens ac diligenciam exhibens, vt in auctentica quomodo oportet episcopus in principio Idem enim mediator dei et hominum Ihesus xpus hiis distinctis dignitatibus officia potestatis vtriusque decreuit et et xpiani Reges pro eterna vita pontificalibus indigerent, et pontifices pro cursu temporalium rerum regibus vterentur xcvi d. cum ad verum. x. di. in c. quoniam. Vnde non inmerito dicit tex. principes seculi non numquam intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenere vt per eandem disciplinam ecclesiasticam muniant, et quod non praeualeant sacerdotes efficere per sermonem doctrine potestates hoc impetrent per discipline terrorem. Vnde cognoscere debent principes seculi se debere esse reddituros racionem deo propter ecclesiam quam a xpo tuendam susceperunt xxiii q. v. in c. principes. Nec mirum si huiusmodi labores pati eos necesse sit Cum magis religionibus quam officiis et laboribus corporis vel sudore scire debeat eorum rem publicam contineri dicit tex. xxiii q. viii. in c. tributum §. omnis.

Primus secularis princeps est Romanorum Imperator

Horum autem principum secularium primus est Romanorum Imperator quod quidem primo manifestatur auctentice tex. in c. ad apostolice de re. iudi. li. vi. qui inter quoscumque principes seculares Romanorum Imperatorem dicit esse principem. Secundo vero probatur racione hac, quanto magis quis maioribus seu dignioribus preest, tanto maior ipse et dignior esse censetur dicit tex. in auctentica de feu. ciui. §. nos igitur coll. viii. de Rescriptis statutum li. vi. Vbi glo. in verbo Canonicis allat concordantem Sed ipse vt tex. Imperator vrbi Romane preest que ceteris omnibus dignior esse dinoscitur ut proxime demonstrabitur. Igitur ipse ceteris est dignior

Vrbs Romana ceteris dignior probatur

vrbem autem Romanam ceteris esse digniorem ex pluribus demonstratur Primo ex tex. in l. nemini C. de consulibus li. xii. et Insti. de satis dationibus

ff. si C. de ne. urbe ciui. l. i. ff. h si que qui Romam caput orbis
terre appellant Nemini aut venit indubium Caput ceterorum sui partibus
dignius ac nobilius fore ff. de religiosis l. cum in diuersis, 2° patet ex
tex canonis beati Petrus et Paulus. ij. q. vij. sic dicente Notum est
aut in urbe Romam que principatum et caput obtinet nationum pe-
trum martirium pertulisse, ex eo ut ubi caput erat superstitionis illic
caput quiesceret sanctitatis. Et ubi princeps gentilium habitabat illic
princeps ecclesie moreretur. 3° ex tex. xxi di. in c. quamuis sic dicente
ipsi Petro data est societas eius beatissimi Pauli qui non diuerso sicut
heretici garriunt, sed uno tempore eodemque die gloriosa morte cum Petro
in urbe sub Cesare Nerone agonizans coronatus est. Ita ut ambo
Romanam ecclesiam pretioso martirio sanguine con[secra]uerunt eamque
quibus omnibus orbibus uniuerso mundo sua presentia atque suo venerando
triumpho pretulerunt. 4to ex tex. in c. fundamenta de elec. li. vj. sic
dicente Petrus et Paulus isti ambo sunt qui illam urbem in
hanc gloriam perduxerunt ut sit gens sancta populus a domino electus
Ciuitas sacerdotalis et Regia per sacratam Petri sedem caput totius
orbis effecta, quemadmodum ergo Petrus primus omnium apostolorum fuit. Ita
ecclesia tunc suo nomine consecrata prima facta est Et ceterarum caput
dicit tex. no. iij q. vj. dudum Summi enim pontificatus apicem apud
Romanam urbem esse Nemo est qui dubitet, dicit tex in auctentico de
ecclesiasticis ti. in prin. et in auctentica ut ecclesia Romana C annorum
gaudeat spatio in prin. Unde dicit tex. vj li. prohemio ineffabile
diuine prouidentie altitudinem incommutabili dispositione hanc uniuerse
ecclesie pretulisse Et licet orbis urbe maior sit xcuij di. legimus
tamen ab eius singulari excellentia denotandam ipsa ad orbis instar
formata est Ut enim uniuersus orbis, quatuor habet patriarchales
sedes ita et urbe ipsa Romana. Unde Io. mo. de elec in c. fundamenta.
li. vj. ponit versus Duos hec designantes sed Paulus ergo Petrus
Laurentius, atque Johannes Hii patriarchatus nomen in urbe tenent
Licet aut omnes patriarchales et cuiuslibet ordinis dignitates Romana
instituerit ecclesia illam tamen solus ipse deus fundauit. Unde qui Romane
ecclesie priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre
conatur. Hic procul dubio in heresim labitur. et cum alius infamie agens
notetur iniustus hic est dicendus hereticus xxij. di. omnes. Unde dicitur
sacrosanctam Romanam ecclesiam non ab apostolis sed ab ipso domino saluatore
nostro principatum accepisse xxij. di. sacrosancta, ymo etiam dicitur ipsam
Romanam ecclesiam nullis Conciliorum statutis Sed euangelica voce domini salua-
toris nostri ceteris prelatam ecclesiis xxi di. quamuis. Quamuis postea eius
sedis primum Petri apostoli meritum deinde secuta iussione domini venerandorum
Conciliorum auctoritas confirmatur singularem in ecclesiis tradidit potestatem

Quatuor sunt sedes
patriarchales in
uniuerso orbe

Io. mo.

xvij. di. concilia. Ita quidem sedes aplica iubente dicto domino ex antiochia ubi primum erat per petrum ad Romanam extitit Ciuitatem translata
dicit tex. qui fi. sunt. legit. c. p. venerabilem § rationibus xxiij
q. i. Rogamus Unde infert archidiac. sup. de elec. fundamenta
li. vj. Nec pontifices nec concilij autem sedem ipsam aplicam ad loca
alia posse transferri contalia cum Romanus pontifex iure diuino
tollere non possit sed ipsum usque ad sanguinem seruare debent xxv. q. i. sunt quidam
Tercio principaliter ipsum Romanum Imperatorem seu Regem omnibus supi
orem esse manifestissime declaratur. ex tex. in l. ij. ff. de albo scribendo
in c. per tuas de ma. et obe. et c. fi. c. i. et xxij. di. § fi. in quibus
duobus ultimis glo. allegat concor. dicentibus quam tanta potius est
dignitatis quanto dignitate consequitur ab eo qui splendidiore dignitate
refulget. Sed ius et auctoritas examinandi personam electam in Regem
et promouendam ad imperium spectat ad Romanum pontificem de elec. c.
venerabilem. quo nullus in urbe terrarum est maior ut est ex se no
tum et eius tunc manet priuilegium cum ex eius equitate Reclum
fertur iudicium dicit tex. xxiij. q. i. manet igitur etc. Quarto pro
batur quia Imperator illos precedit in dignitatibus quia ab eo seculares
dignitates seu alia temporalia sortiuntur cum creantis dignitas crea
ti debet esse maior dicit tex. de ma. et obe. c. solite. Sed ad ipsius
imperatoris potestatem quarumcumque secularium dignitatum creacio pertinet
nedum ducalium sed etiam Regiarum ut est expressum de feudo marchie
c. i. cum ipsi omnia liceant et atque omnium sit dominus xxiij. q. viij. tunc
mor. ff. ad l. rodia. l. deprecacio C. de quadriennij prescriptione l. bene
a zenone igitur etc. Quinto probatur quia ut tex. dicit nichil est
alcius dignitate C. de consulibus l. i. li. xij. Sed imperialis dignitas
altior est omni alia dignitate ut patet ff. de notabilibus testi. l.
queris in tex. ibi dum utitur verbo superlatiuo scilicet Sanctissimus no
bilissimus que princeps etc. Et alibi tex. dicit optimus maximus que
princeps etc. Igitur ultimo ex tex. in auct. constitucio que de dignitatibus
§ i. ibi dum dicit presidente diuinis rebus Imperio etc. Ceterum
licet olim in usu foret patriarchatus dignitas qua fungentes
Imperatoris pr. mancipabitur ut in auct. consti. que de dignitatibus
§ i. et insti. quibus modis ius patrie soluitur § Sed ex constitucione
C. de consulibus l. fi. li. xij. que quidem ceteris omnibus dignita
tibus anteponebatur dicit tex. C. de consulibus l. nemini li. xij.
hodie tamen dignitatum in usu consistentium post imperialem secundum locum
obtinet Regia. Hec autem veritas probatur primo ex tex. c. solite de
maio. et obe. et in c. magnum xj. q. i. viij. di. quo iure dum refertur
verba petri apli dicentis subditi estote Regi quasi precellenti siue ducibus
tamquam ab eo missis etc. Unde notandum Regiam dignitatem omnes

Not. auctoritatem Imperatoris

Rex est primus post Imperatorem

solite

alias precedente precellente fore voluisse gloriosum apostolorum principem et sue canonice. 2° patet quia ex maioritate et decore maiori ornatu ut insig nium maioritas manifestatur dignitatum dicit tex. no[ta]lis de privil. c. ut apte. li. vi. Sed nulla alia dignitas post imperialem preter Regiam suscipit insignia sacre unctionis ut patet Cum in veteri testamento Reges a sacerdotibus ungerentur Cum david Sauli a deo constitutus fuit per Samuelem unctus in Regem Et azael in Regem super Syriam unctus fuit ab Helya ut patet de sacra unc. c. i. Unde in veteri ii q. vii Nos in competenter §. istis cum david et c. plerumque §. item obicitur. Item nulli post imperatorem preter regem attributum sit et insignie delacionis nudate ensis que cum insignia sunt maxima et dignissima igitur etc.

3° manifestatur quia tanto maior atque excellentior est dignitas quanto maiora seu digniora habet subiecta ut in dicto §. Nos igitur Cum aliis allatis Sed de essencia Regis est ut Rex dicatur quod provinciae preesit que decem sub se contineat aut xi Civitates ut dicit tex. Notabilis xi q. vii sacerdotes quod quidem nobilissimum est subditum subiectum nec alteri alteri secularium dignitati post Imperatorem noscitur esse attributum igitur etc.

2m quod subiectum regis et proprium est iudicium facere atque iusticiam xxiii q. v. Regum est officium proprium ii. q. vii. Nos si incompetenter §. item cum david. Tercium est autem summum inter omnes virtutes iusticiam esse dicit tex. xxii q. ii. cum devotissima 3m autem eius subiectum est discrecio ut primo patet ex tex. no[tabi]li sic dicente boni enim rectores ita agere debent ut nec in mansuetudine discrecione deserant discipline nec in disciplinae rigore benignitate humanitatis negligant xlv. di. Sunt namque ff. de offi. presidis l. observandum. Alibi vero sic adicitur dum prelatus nedum in capite subdita sibi patitur membra subditorum ruinam subtrahit, et ut nec nimiam servat humanitatem ne apud eos quos oportet esse subiectos dum nimia servatur humanitas regendi firmitas auctoris xlv. di. cum beatus lxxxvi. di. cum necessitas. Discrecionem autem omnium virtutum matrem appellat tex. de off. custo. c. i. q. v. c. in c. principium. 4tum eius subiectum est humanitas atque cordis humilitas dicit enim tex. notabiliter sic: in dispensacione est tam peculiale regie maiestati quam humanitas per quam solam dei servat imitacionem C. de dona. inter vir. l. si. et alibi: nil est quod in pontificali vertice splendidius refulgeat quam humilitas c. di. cum moram C. de epis. et cle. lege si quis in hoc genus et alibi dicit glo. ordinaria de reli. do. cle. i. gloriosa res est humilitas qua ipsa quoque superbia paliari appetit ne vilescat viii q. i in scripturis vero gregorius qui sine humilitate virtutes congregat quasi in vento pulveres portet Ceterum dicit tex. Notabilis sic plus erga corrigendos valet humilitas quam severitas, plus cohortacio quam commocio, plus caritas quam potestas xlv. di. licet Et alibi Boni enim Rectores ex sui infirmitate aliorum infirmitates dispensantes

De essencia
et subiecto regis

Nota de humanitate
ac humilitate regis

magis per humanitatem et mansuetudinis leuamentum studuit peccatores ab erroris laqueo errore eruere quam per austeritatem in fouea perdicionis precipitare. xl v. di. recedite. Vnde alibi dicit tex. no[t]. sic Considerandum est nobis Cur omnipotens deus eum quem cuncte ecclesie preferre disposuerat, ancille vocem pertimescere et seipsum negare permisit, et quidem ob id ut is qui futurus erat pastor ecclesie ex diuina humanitate sibi exhibita doceret qualiter alijs humanissimus esse debet et ut hec sua infirmitate cognosceret quomodo alienas infirmitates tolleraret l. di. considerandum. alibi vero sic potior est misericordia omnibus holocaustomatibus et sacrificijs. l. di. ponderet. alibi vero quod iudicium sine misericordia erit illis, qui nolunt facere misericordiam delinquentibus ij. q. v. plerique et alibi qui autem negat misericordiam faciendum fugientibus et necessitate patientibus ipsum xpm negare comminatur[2] que est vita et veritas. Nec tamen nimia humanitate et iusticia vti debet, cum debeat iusticia moderacio temperare de pen. di. i. Indulgiancio Ex nimia enim venia duplex oritur absorditas. prima quam ponit tex. de pen. di. iij ad huc instant. 2[a] quia facilitas ignoscendi licenciam tribuit delinquendi de vita et ho. cle. c. vt clericorum xxiij q. iij est iniusta. Si enim ea que male vsurpantur dimittimus excessus viam alijs aperimus xxxv. q. ix. loci xcij di. prouenit. Et alibi si enim ea de quibus vehementer deus offenditur, insequi uel vlcisci differimus, ad irascendum utique diuinitatis paciam prouocamus xc iij q. iiij. si ea. culpa enim est in hijs in quibus culpa est relaxare vindictam xxviij di. quia sunt. dum tamen id racione habeamus, vt illum quem vim dicamus non pena miserum, sed correctione beatum esse velimus xxiij. q. iij. ea vindicta. Illud tamen menti tenendum est quod et si contingat errare, melius est propter misericordiam reddere racionem, quam propter crudelitatem, dicit tex. no[t]. xxvj. q. q. vlt. alligant. Nec tamen nimia seueritate regium vituperatur imperium dicit enim tex. no[lis] sic Nec tyrannice factionis peruersitas laudabilis erit, Si regia clemencia tyrannos subditos tractat nec vituperator ordo regie potestatis Si rex crudelitate tyrannice seuiat xxiij q. v. c. neque enim nam etiam veniam subditis petere debes dicit enim tex. no[t]. sic. Si vos reges modum in corrigendo excesseritis non a vobis exigitur ut a subditis veniam postuletis, Ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas regendi frangatur auctoritas lxxxvj di. quam necessitas. Quintum regis subiectum est fides dicit enim tex. sic Nil enim est quod clariori luce prefulgeat quam recta fides in principe, Sextum Regie subiectum est ipsa liberalitas, dicit enim tex. no[t]. sic hanc sibi nobilitas legem imponit et multomagis regie

dignitatis ut debe se quod sponte tribuit, estimat et nisi inbusticps suis
creuerit, nil se prestitisse putet. de dona. c. i. Et alibi, absordum enim et
quam temerarium est ure maiestati inata liberalitate non ad augmentu
sed ad diminucionem comitē. C de ppoitis agentium in rebus l. fi. li. xij
Ad idem ff. de dona. l. filius fa. et quod habetur de possi. pla. c
grande. li. xi. Et alibi nec enim imperialis est pprium auferre concessa
sed augē. ut in auct. de referendarijs § pterea igitur. Et alibi quid ei
censetur imperator ne meliora det cui deus plurima dedit habere
et multorum dominum esse et facile dare. et maxime sanctissimus
ecclijs quibus optima mensura est donatarum eius rerum inmensitas
ut in auct. de non alie. § finium igitur. In ipsa aut liberalitate
modus adhibendus est rerum et psonarum Rerum ut non omnia uni
sed singulis quedam prestant. ut pluribus prodesse Rex possit dicit tex.
no.lis lxxxvj di. § in ipsa. Unde alibi dicit dns non vult simul opes
effundi sed dispensari ca. di. c. non sat. Et psonarum quoque saltem ut
hiis subueniat quibus si eos egē cognoscat, melius est enim ut tunc
ipse subueniat, quibus pudor est ab alijs sumptum deposce quam alie
ms. ut dicto c. non sat. Et quidem maxime suis militibus
veteranis liberalissimus debet esse. Dicit enim tex no.t sic magis atque
magis veteranos meos debeo bntudine augere in nichilo aut dimi
nue C de veteranis. l. i. li. xij. Item memor esse eius quod
moralit refert Seneca quod cum quidam timeus nomine peteret ab
Antigono rege talentum Rndit plus esse quam Timius pete de
bebat. Et sic repulsus petijt denarium Rndit quidem rex. minus esse
quam regem donare deceret et ita turpissimam cauillacionem inuenit, qua
neutrum daret, cum dare posset talentum tamquam Rex. et denarium ta
quam Timeo Ita refert glo. de sy. c. et si questiones. Septimum eius
sbiectum est sapientiam colē atque se in singulis sapientem mostrare de Sapia
quod quidem primo demonstratur ex tex. de eta. et quali. c. indecorum dum dicit
Indecorum esse ut hij debeant orbem regē, qui non nouerint se ipsos
sapienter gubernare Ad idem C de legit. tute. l. fi. insti. de excusa. tu.
§ minores. 2o ex eo quod Boecius refert platonem dixisse in consolacōe
sed beatas fore res publicas si eas studiose sapientes regerent aut stu
dere sapie contigisset. 3o ex tex. xcv. di. in c. esto sbiectus et auct.ta consti.o
que de dignitatibus § qualiter. Ubi patet gloriam patris esse sapiam filij et
sic gloriam insti dm esse sapiam subditi. Ut ergo malus platus bonum
timet sbditum dicit tex. notabilis C. de pallatis sacrarum largicionum. l.
prisco li. xij. Ita dns iustus amare debet subditum sapientem. Octa Vel agendum fore
uum sbiectum fore debet ut furoris tempore nichil agat prius quam concitata tempore furoris
ad tranquillitatem mens redeat. Dicit enim tex. not. sic illa ppositorum
sceleratudo est utilis illa est cautela laudabilis in qua totum ratio agit

et furor sibi nichil vendicat Restingenda est sub racione ptas; Nec est
quid agendum prius quam concitata ad tranquillitatem mens redeat
9 nam comocionis tempore iustum putat omne quod fecit fiat : Nonum esse
debet ut ad sublimitatis fastigia indignos non promoueat, dicit
enim tex. non sic; sicut enim boni epis sibi comparat fructum, qui rectum
tenet in eligendo sacerdoti iudicium; Ita graui semetipsum afficit
dampno qui ad dignitatis fastigium sublimat indignum. lxi. di. §.
10 sicut enim; Decimum esse debet ut et ipse virtuosissimus existens
suis subditis ad capescendas virtutes stimulos adiciat dicit
enim tex. prelati vitam exemplum esse debet subiectis. ii. q. vii.
c. cum pastoris. Memor enim esse debet tex. dicentis . scire prelati
debent; quia si peruersa umquam perpetrant tot mortibus digni sunt
quod ad subditos suos perdicionis exemplo transmittant xi. q. iii.
precipue Item et memor esse tex. dicentis . quibus enim illum quem obde
lectis iacentem vident ut antistitem venerentur. lxi. di. in sacerdoti
bus; et alibi sic totius familie domini status et ordo nutabitur
Si quod requiritur in corpore non inueniatur in capite, lxi. di. mi
ramur. Vndecimo ut non habita personarum accepcione iudicet dicit
enim tex. de iudi. c. nouit septimum in l. diuina nouimus; quod ita paruum
iudicabimus ut magnum, quia apud ius dicentem diuitem esse non
debet accepcio personarum :, —

Prima propositio facta per dominum Ludovicum de Roma prothonotarium in Congregatione generali in Concilio Basiliensi facta de anno a Nativitate domini mo cccco xxxvi die xii mensis decembris

Inspexit Serenissimus atque gloriosissimus Rex noster Aragonum Sicilie citra et ultra farum etc. hanc sacrosanctam Synodum tam etsi in miris procellis variisque fluctuationibus agitatam, nichilominus inviolatam inmotamque Constantissime permansisse quinymo in successivos dies felicibus auspiciis atque certum continuis incrementis invaluisse. Qua ex re tria arbitratus est. Primum enim patrum omnium ad hanc sancte ecclesie congregationem peragendam voluntarium accessisse non quomodo modo coactum, quidque enim violenter fit solvitur cito, quod voluntarie firmum perseverat ut de conse. di. v. quidque, Ceterum et in divina providentia spes fiduciam ponentes in quos non extimuisse ministros, memores Canonis ad propositum dicentis, quid tibi faciet minister malus, ubi bonus est dominus, quid te impediet malitiosus preco ubi benivolus est Judex. de conse. di. iiii. baptismus — De voluntate animi

Secundum hoc in sacratissimo Concilio, nullam Scissuram animorum que difformitatem comparari potuisse, notissimum enim esse dicit Canon scissos animos seque semper inter vitia fervere invocatione [illegible] habere non posse. Nec augere etiam quod licite repetit, sed statim cum prava sua emulacione deficere. vii. q. i. Novacianus, et alibi, omne regnum in se divisum et omnis scientia et lex adversus se divisa destruetur xxv. q. ii. si ea in se, et alibi spiritus sanctus discipline fictum refugiet ac divisum. i. q. vii. Salvator, spiritus enim sanctus in se habitat dicit textus xi. q. iii. illud memores extiterunt textus dicentis in persona apostolorum Erat autem multitudinis credentium cor unum et anima una omnes unum et idem in Christo sumus, Unde apud platonem, illa Civitas legitur perfectissime ordinata, in qua quidque non propter se sed comunes sint affectus viii. di. differt i q. iiii. in principio et viii. q. i. nichil. xii. q. i. c. dilectissimi — De unitate

Tertium huic sacratissimo Concilio Rectum itemque principium astitisse, quod enim bene pari potuisset progressu si malo extitisset inchoatum principio quod boni operis super extitisset edificium si Christus eius non fuisset fundamentum dicit textus. i. q. i. in Canone principatus, et Canone cum paulus, quod de infecta vel de infructuosa radice tales tantique fructus quales et quantos vidimus prodire potuissent. dicit textus i. q. i. vulneratus — De firmo et recto principio

Secundo principaliter inspexit ipsam Sacrosanctam Synodum ad tria potissime existere congregatam. Primum ad reformationem ecclesie dei in capite et in membris, Membra expono in inferioribus prelatis absque sacerdotibus. Horum autem reformationem maximum sanctissimumque opus esse ex pluribus demonstratur. primum ut pastores recte viventes vita sic exemplo sibi rectis ut mandat Canon ii. q. vii. c. cum pastor, 2o ne contingat absurdum scilicet ut cum eius qui presidet vita despicitur eiusdem etiam missio contempnitur dicit textus. formalis iii. q. viii. c. porro. g. Item gregorius 3o ne qui positus erit aliorum corrigere errores videatur esse pectoris errorum magister, dicit Canon ii. q. vii. nos si incompetenter. 4o quia quod a prelatis agitur facile trahitur a subditis in exemplum quoto ea magis, quamobrem illud satiricum est omni vicium tanto conspectius in se — propter tria conciliu congregatum — De reformatione — primo ad reformationem ecclesie dei in capite et in membris

crimen

in se omnes h[abe]t quanto qui peccat maior h[abe]tur Unde dicitur positi velud signum ad sagittam de ac[cusatione] c. qualiter et q[ua]n[do] el. ij. Quinto quia tot mortibus capita digna sunt quot ad subditos suos p[er]dicionis exempla transmittit xj q. iij. Precipue Non ergo immerito dicit tex[tus] q[uod] maiori reatu delinquit qui pocior honore fruitur et q[uod] graviora faciat vicia peccatorum sublimitas peccancium xxv q. i nulli fas xl. di. homo xpianus Sexto quia quis illum antistitem venerari poterit quem continue iacentem atque delictis obsessum vidit lxj di. in sacerdotibus Septimo quia qualis erit confusio q[uam]q[ue] abhominabilis si quod esse queritur in membris non reperiatur in capite lxj. di. miramur. Octavo quia capite vulnerato facile singula corporis membra debilitantur vi q. vj sunt plurimi §. verum Nono quia vulnerato pastore quis curandis omnibus adhibebit medicinam, aut quid p[o]p[u]lum orationis clipeo tueatur, qui se iaculis hostium ferendis exponit, aut qualem fructum de se producturus est cuius gravi peste radix infecta est i q. i c. vulnerato Decimo ne totum quod absit corpus morbus invadat si languor non fuerit curatus in capite ij. q. vij sicut inquit Undecimo ne languescente pastore grex quod absit insidiatoris lanientibus dentibus exponatur vij. q. i. q[ua]mvis Duodecimo quia nemo quippe in ecclesia amplius nocet q[ua]m qui perverse agens nomen ut ordinem primatus h[abe]t delinquentem namque hunc redarguere nullus p[re]sumit et in exemplum culpa vehementer extenditur, q[uando] pro reverencia ordinis peccator honoratur lxxxiij. di. c. nemo quippe Terciodecimo quia que esset ista ira, que esset ista bonitas veni ut capiti parcere et omnes in discrimen adducere xlv. di. §. illud. Expedit enim cavere, ne qui positus est ad gubernacionem populorum efficiatur ruina multorum xj q. iij. c. Ita corporis, sine causa enim conatur quis ramos incidere si venenosam radicem etiam non querit evellere dicit tex[tus] de pe[nitentia] di. ij c. ficta caritas Quartodecimo quia p[ro]p[ter] demerita subditorum plerumque adeo depravatur vita rectorum ij q. vij in canone non est a plebe et c. si hereticus viij q. i. audacter vj q. i. ex merito Sicut econtra p[ro] meritis p[re]latorum dampnatur plerumque vita subditorum, ut p[re]latis suis subditi consencientes ad malum cum eis simul corruant i q. iiij. ecclesia §. Item p[o]p[u]lus Unde immerito dicit canon Admonendi sunt subditi ne plus q[uam] expedit sint subiecti, ne cum student plus q[uam] necesse est hominibus subici eorum vicia cogantur venerari ij. q. vij. admonendi Quintodecimo quia summi sacerdotes sunt ipsi episcopi Unde qui eos tangit pupillam divini oculi tangit Iniuria eorum ad xpm p[er]tinet cuius legatione funguntur ij. q. vij. clarissio et c. qualis Alibi vero dicitur q[uod] eos sibi in oculos elegit deus vj. q. i. oves Alibi q[uod] sanctissimi sunt xpi legati et columpne firmissime approbantur eccl[es]ie de penis cleme[ntina] si quis suadente

Alibi vero presone vocantur Illustres de sen. et re. Iu. c. fi. li. xij. Alibi sum
locum in ecclesia tenere dixit xl. ante omnia. Alibi vero xpi nomine ap
pellantur xxiiij q. iij quicquis. Alibi vero nomine dei et angelorum
xi q. i sacerdotibus de hoi. cum ex invecto Unde vilissimi com
putandi forent, si alios non precederent sciencia et sanctitate ex quo
sunt honore prestanciores. i. q. i vilissimus i. q. vij. convenientibus
xvj. q. i. sunt nonnulli et in auct. de sanctissimis epis. § damus
Nec enim sufficere eis arbitrari debent ad salutem si turbas negligencium
vel quorumlibet indoctorum et fide et actibus adequantur quibus sacre
litteris vincta est credendi pariter et vivendi regula prescripta. viij q. i
nec sufficere Animadvertere enim debent quod nomen solum non facit ipsum
sed vita, nec etiam facit ecclesiastica dignitas xpianum ij. q. vij. §
ita et c non omnes et. c. non facit Nec sanctorum filii sunt et si
loca sanctorum teneant nisi et eorum opera exerceant xl. di non est facile
Intueri dent se apostolorum vices tenere xlviij. di quorum vices xij q. i vi
dentes. xxi di in novo Ex quo igitur in eorum loco sunt non solum eos
sermone sed conversacione et abstinencia imitari debent xxxv. di.
in canone primo apes Sextodecimo quia ecclesia in se suscepit regendi
auctem. Unde filiorum crimina corrigere debet qui enim preest si sua delicta
non detexerit nec filiorum crimina non correxerit canis impudicus dicendus
est magis quam episcopus ij. q. vij qui nec regimus Et alibi dicit tex. qui suorum
et maxime domesticorum curam non habet fidem in se esse negat, et est
infideli deterior xlvij. di. necesse. Et alibi dicitur quod dum pietas patris
nomine consilium pluribus cape. ff. de adul. l. nec in ca. ad fi. Decimo
septimo quia episcopus si velimus latine super intendentes dicere possumus
xxiij. di clericos Unde intelligant se non esse episcopos, qui preesse dilexerit
non autem prodesse populo dei viij. q. i. qui episcopatum qui enim sunt in ecclesia p
positi non deum propter deum querentes sed lucrum et comodis temporalibus in hy
antes. Hii mercennarii sunt et inter dei filios se non computent viij
q. i. sunt Decimooctavo quia debet magno opere providere ut cunctum populum
cui presiderit conversacione sermone disciplina precedant. Vehementer enim
ecclesiam destruit meliores laicos esse quam clericos viij q. i qualis Cetum
debent magistri sciencia et facundia alios precedere C. de prof. et medi. l.
magistros. li. x°. et tales fore quod comparacione sui discipuli palee dicantur
xxv. di criminis Unde merito dicit tex. aliquid amplius magistris esse debere
discipulorum pericia in plx. ff. ex § in quarti anni. Decimonono quia
ipsi sacerdotes pro populo apud deum interpellant. populi peccata comedunt quod
precibus suis ea delent atque consumunt qui quanto digniores fuerint tanto
facilius in necessitatibus pro quibus clamant exaudiuntur. v q. i. ipsi sacerdotes
digniores autem intelligere non gradu dignitatis sed recte vite integritate
quoniam non qui maior fuerit inter homines in honore ille apud deum est dignior

sz qui fuerit iustior xl· di multi · nisi vnde apud deum non gradus elegan
tior · sz vite melioris actio comprobatur · xxiii · q · iiii · sicut excellencia
xvi · q · 1 · sunt nonnulli et alibi non diuitie non nobilitas generis sed
boni mores atque virtutes gratum deo acceptum faciunt sacerdotem
de pb · vers[lis] xxxv · q · iiii · sz hys ita et alibi non loca vel nobi
litates ordines nos creatori nro proximos faciunt · sz aut merita nra
bona coniungunt aut mala disiungunt · xl · di non loca cum sz · Certe
profecto maior est metuenda locis illis calamitas vbi tales intercessores
ad locum regiminis admittuntur · qui dei in se magis iracundiam p
uocant quam per semetipsos placare debuerint · i · q · 1 · vulnerato / quo
enim pfice put aliqua que aguntur · aut impetrare aliqd illicitis
conatibus adeo possunt qui contra deum · quod eis non licz nollunt[2]
1 · q · 1 · siquis inquit et alibi sollicite formidandum est ne qui pla
cere posse creditur iram dei ipse ex proprio reatu mereatur Cunctis
enim liquide nouimus quod cum is qui displicet ad intercedendum mittit[3]
irati animus ad deteriora prouocatur · xlix · di · § · ecce iis · q · vii ·
ingruentibus vnde alibi scriptum est vos o sacerdotes fallitis nomen
meum cum offertis ad altare meum panes pollutas / non est michi
voluntas aliqua in vobis · lxxxi · di · oportet · Vicesimo quia ne
cesse est ut quod sacerdos precepturus est populis primum a se deinde a do
mesticis exigat / xlvii · di · vnde / ad curam enim positi aliorum ex se ipsis
oportet ostendere qualiter alios in domo domini oportet conuersari de dec
c Cum mandet Et alibi tunc iura ab omnibus princeps existimet
quando ipse illis reuerentiam prebet iusta enim notis eorum auctoritas si quod in
populis prohibent sibi licere non patiantur · viii · di · Imperatores · infra
Audiant verbum illud ambrosii dicentis in persona prelatorum quid aut
ego vos arguo cum me possitis vnico sermone conuincere · Conuincor
enim cum in hac parte clericos magis vos iudicam neglientes / quo enim
valeo corrigere filios cum fratres emendare non possum aut qua fidu
cia succenseam laicos cum propter consortes pudoris verecundie
conticescam viii · q · 1 · quid aut · vnde alibi dicit tex · Nemo recte
monitoris suscipit personam nisi qui propriis actibus errata condempnat
et ardorem innocencie conuersacione demonstrat · lxxxi · di · nemo
recte · Et alibi iudicet ille alterius peccata qui non licz in se ipso quod
corrigat · ii · q · vii · iudicet Quare non immerito refert Canon
diuinum verbum dictum a sanctis meis idest sacerdotibus incipe iudi
cium · l · di · et pugnaunt et purgaunt · Vicesimoprimo quia prius
monendi sunt spirituales patres et attendi bona agere ut eorum ducte
exemplo multitudo stringatur xliiii · di · in c · Commessaciones · vnde multis
virtutibus splendere debz vita pontificis ut gradui confert de
corem quem ab eo non accepit · Ex officio enim suscepto non licenciam
peccandi sed necessitatem bene viuendi et bene docendo populum instruit

quo vnu~ debeat bene aut docendo et male viuendo dominum instruit
quo ipm~ debeat contempnare xl· di multi · Vicesimo secundo quia
platoz sanctitas quantum ex vite merito edificat ecclesiam xpi tm~ eccle
nocet si destruentibus non resistit · ij · q · vij · sancta quippe · Vice
simotercio quia nil periculosius quam cum speculatores qui sunt plati
vtuntur in laqueum tortuosum ponentes in omnibus locis scandalum
xxiij q · iij · transferunt · Vicesimoquarto quia quis locus tutus q
causa esse poterit si venerandi dei templa vicijs expugnentur quod in
rium integritatis aut vallum fidei venerabimur Si veneranda eccle
membra inintegritate deficiant · Quid demum cautum esse potit aut tutu
si sanctitas incorrupta corrumpatur · C de ij epis et cle · l · si quamquam

2o principaliter Concilium est Congregatum ad extirpacionem heresium atque scismatum

Secundo principaliter ad extirpacionem heresum atque scismatum quod
quidem omnium bonorum operum est potissimum et eccle officio necessarium in
cumbens ut hec demonstrant · Primum verbum domine veritatis et apud
jus Canonicum relatum dicente maior in est consolacio super vno peccatore
penitentiam agente quam super magna saluorum multitudine xxiij · q · iiij · c
hec aut · s · ex hijs · 2o quia si iuxta verbum principis summi legislatoris
nil felicius sue rei publice accidere pot quam subiectorum quo ad temporalia in
crementum · ff de bonis dampnatorum · l · cum racio · s · si plures i · q · iiij ·
c · ecclia · s · is ita sibi in lata gente gloria regis est in diminucione
plebis Contristacio principis etc · Ergo multo magis Nil felicius vniuersali
eccle pot accidere quam subiectos quo ad animum augmentum quanto enim
anima dignior est corpore et ceteris rebus preponenda xij · q · i · precipimus
de pe et re · cum infirmitas C de sacro sanc · ecc · l · sanccimus · tanto
dignior omni alia ea felicitas est que obiectum qualitatem anime consixa
noscatur peruenire · 3o ex tex · dicente potissimum bonum est perditos querere
ut de inuentis gaudere possimus xxvj · q · vij · c quemadmodum Et t abib
alibi sic scilicet corriguntur ideo maxime negligentes pastores et eis dicitur
errantem non reuocastis perditum non requisistis etc · xxiij · q · iiij · c displi
cet Alibi vero sic quid ad nos attinet et sancte nre conuenit hoc est sse
operam dare nequis culpa nra de ecclia pereat · xlvij · di · c quid ad
nos · Quarto ex tex dicente si periculosum est in tranquillitate nauim dese
rere quanto magis in fluctibus quia ex re errantem gregem nos qui presi
denius incumbit querere in vnumque colligere · viij · q · i · in c scitatur ·
Quinto ex tex · sic dicente apparet sacerdotes quibus populus dominus commissus e
magna cum instancia inuigilare super domnicos oues ne lupinis morsibus
idest dyaboli stimulis laniantur · lxxxi di oportet · hoc quidem gloriose
ac mirifice egit hec sacratissima Synodus · q bohemicam heresim deo ad
iutore delevit · tot in vno animas perditas ac errantes ad beati petri ~~ouile~~ re ouile
duxit · hic extabit luculentissime demonstratum clericorum arma que sunt
cordiales ad deum perfuse oraciones et lacrime xxiij · q · viij · Conuenior c ·

non pela et g. de epis militaribus preualuisse quod cum prime legis tempore contigisse attestatur Gregorius dicens quod fiat Moyses ad bella non vadit sed orat dum orat vincit populus eius dum orare desinit vincatur et fugatur xxxvi di. si quis vult xvi q. iii. porro. hic extitit maxime festissime verificatus Canon dicens scire debent principes religionibus magis quam offitiis et laboribus corporis vel sudore eorum rem publicam contineri xxiii q. viii. in c. tributum. g. quoniam, non ergo immerito summus legis interpres hec verba effundit dicens, deo auctore nostrum gubernante Imperium et bella feliciter pagimus et pacem decoramus et statum rei publice sustentamus, et ita nostros animos ad dei omnipotentis erigimus adiutorium, ut neque armis confidamus, neque bellorum ducibus vel nostro ingenio sed omnem spem ad solam referamus summe prudentia trinitatis Unde et mundi totius elementa processerunt eorumque dispositio in orbe terrarum producta est etc. C. de ve. iu. enu. l. i. in principio

3o principaliter Congregatio extitit ad ponendum inter fideles populi christiani pacem et unionem

Tertio principaliter ad unionem pacemque ponendam inter fideles populi christiani, ea autem nil salubrius esse potest Ut primo demonstratur ex verbo domini ce veritatis apud ius Canonum relato qui ultimo eius testamento discipulis suis solum pacem dedit ac relinquit pretiosissimum munus. xxiii q. i. c. in bella quaeratione. Ius dicat heredem christi non fore qui pacem non habet eius testamento relicta de re. iu. in c. ad apostolice. lxxi. in verbo pacem Secundo quia scriptum est principes ad eam servandam maxime teneri Unde dicit Canon qui contra pacem ecclesie sunt si dignitatem habent ea inveniuntur xxiii q. i. qui contra pacem. Tertio ex tex. dicente neque enim dum paratum habere petit qui non studet pacem inter fratres ponendi sed zeli discordiam xc di. in c. neque. ad Caym. Quarto ex tex dicente amplectimur quippe voluntarios pro subditorum pace labores et noctes quoque transimus insompnes Ut scandala removeamus ab ipsis In ipsorum namque prosperitate nos utique prosperamur ut in auctentico ut divine iussionem in principio coll. viii. et in auct. ut iudi. si quoque suffragio in principio et in fine vi. li. Ultimo ex tex. dicente principis providentie illud est proprium ut omni tempore subiectorum comoditas ac quies procuretur C. de impl. l. Imperialis et in c. i. de habita feu. ale. per lotarium in usibus feudorum

Reges astricti sunt uti ecclesie ut possibilia incrementa et favores possibiles

Demum 3o principaliter intuetur Serenissimus Rex se ex debito Regie dignitatis astrictum fore universali ecclesie, que hoc sacratissimo Concilio representatur omnia sibi possibilia incrementa possibilesque favores adicere quod quidem textibus demonstratur. Primo ex c. ecclesie principes xxiii q. v. sic dicente ecclesie principes non unquam intra ecclesiam potestatis adepte sunt culmina tenent ut per eandem disciplinam ecclesiasticam muniant et quod non valet sacerdotes efficere per sermonem doctrine hoc ipsi imperent per disciplinem terrore Unde cognoscere debent principes seculi se debere esse reddituros rationem deo propter ecclesiam quam a christo tuendam susceperunt etc. Nec mirum

si huiusmodi labores vos pati necesse sit cum magis religionibus que officijs et labori
bus corporis et sudore scire debeant vestrorum rem publicam ordinari dicit tex. xxiij
q. viij. in c. tributum. § quinis. 2° ex tex. c. boni principis xcvj. di. dicente
boni principis ac religiosi est ecclesias contritas atque confusas restituere etc.
3° ex tex. xxiij q. iiij. c sicut. Excellenciam dominum dicit magis gloriosum profecto
excellentie vestre gloria apud creatorem prestat si per vestram confracte ecclesie possit
societas restaurari. Cum enim largita munera ad nominis sui gloriam conspicit
viuorum tanto magis largiora tribuit, quanto magis religionem suam per
ipsam regiam dignitatem viderit amplificari. Quarto ex tex. i c si non ex fidei
xxiij q. iiij. sic dicente per orbem enim meritorum virorum loquax discurrit
opinio, bella nos frequenter appetere non fundandi sanguinis gratia sed dilata
tionis causa rei publice in qua deum celo conspiramus. Ceterum plura pro
pascendis omnibus beati petri apostolorum principis excellenciam vestram fecisse
didicimus que cuncta igitur illis xpianissima mente confertis horum
retributionem in futuro seculo reperietis. Quinto ex tex. in c qui uult
deus xxiij q. iiij. sic dicente nec miretur quisque quod moueantur principes
contra dissipatores detestandos ecclesie si enim non mouentur quo rationem
redderent de imperio suo deo quod enim magis ad reges populi pertinet xpianos
quam ut temporibus suis pacatam esse uelint eorum matrem ecclesiam unde spiritua
liter nati sunt

Quarto principaliter inspexit litteras sibi directas hac ex sacratissima synodo
quibus exortatus extitit ut ad eandem pro augmento uniuersalis ecclesie ut decens
erat suo nomine destinaret. Hos autem hortatus ut decens est preceptorum loco suscepit
recepit, scriptum est enim superiorum rogatus ac hortatos vim preceptorum obtinere
de testibus cle. i. in verbo exhortamur. ff. quod iussu. l. i. § i. in verbo quemadmodum
Ex hortatio
parum aut uel inferiorum hortatos liberam voluntatem excitat dicit tex.
iiij. di. denique § et si legibus. Volens igitur tanti boni participacionem
consequi necessitati regie dignitatis et satisfacere iussibus sacri synodi pa
rere sciens solam esse que fidei meritum possidet obedienciam sine qua
infidelis quis fore conuincitur etiam si fidelis esse monstretur viij q. i.
sciendum; Nos enim oratores quamuis immeritos ad hanc sacratissimam
synodum destinauit quibus iussit Primum ut ipsum deuotissimum ecclesie
filium huic sacro Concilio commissimum faceremus prout et facimus. Memor
fuit Canonis dicentis, quod enim honorificencius contingere ut fieri potest quam quod
princeps filius dicatur ecclesie xxiij q. viij. in c Conuenior.

Deinde ut sue Regie Celsitudinis nomine huic sacre synodi salutes redde
mus in nomine prout et reddimus, hoc autem tria designat Primum quia ostendit
operum huius sacratissimi Concilij se velle fore participem, qui enim aue
dicit salutato inopibus communicatur intelligitur xxiij q. i. c omnes, 2°
et re gestis et gerendis per eandem velle prestare consensum cum et salutatio

salutato prestacionem consensus attribuit ut traditur de sen. ex. co. c. si aliquis c. ti. cle. Sed supremus 3º amicicie et dilectionis est signum ut cum ex eo quod quis alterum salutare denegat presumpcio inimicicie generatur de consi. de le. c. cum sup. Ita ex salutacione dilectionis et amicicie presumpcio causatur ut traditur lxiij di. c. cum adrianus in glo.

Quarto iussit ut eius Regiam Serenitatem omnes conatus eius Regna queque potentatosque suos offerremus obsequentissimos huius sacri Synodi voluntati prout offerimus arbitratus quid ipse est oblacionem hanc et si ad effectum productam esse quid minimi meliorem sunt dicentes quod cum caueatur princeps ne meliora det cui deus plura dedit habere et multorum dominum esse et facile dare maxime sanctissime ecclesie cui optima mensura est donatorum eius rerum immensitas ut in aut. de non alie. sinimus igitur. Ceterum potissimum principi conveniens est ut sibi sit innata liberalitas. Hoc quidem hijs iuribus demonstratur. Primum ex tex. dicente hanc sibi nobilitas legem imponit et multo magis regia dignitas ut debere se quod sponte tribuit arbitretur et nisi in beneficijs sibi creuerit nichil se fecisse putet de dona. c. i. Secundo ex textu dicente absurdum enim et quoniam temerarium est nostre maiestati innatam liberalitatem non ad augmentum sed ad diminucionem quantum C. de pro. agen. in rebus. l. fi. li. xij. Ad idem ff. de dona. l. fi. fa. et in c. gnali de supp. ne. pla. li. vi. 3º ex tex. dicente nec enim principis est proprium auferre concessa sed augere in auct. de resu. quod propterea igitur. 4º ex eo quod per Senecam moraliter dictum refert glo. de sy. c. et si quis quod cum quidam Timicus nomine peteret ab Antigone rege talentum respondit plus fore quam tymicus petere debet Cum vero denarium peteret respondit minus quam regem decet id fore et sic turpissimam cauillacionem invenit qua neutrum daret. potissimum aut suis militibus veteranis se liberalissimum debet exhibere ut docet tex. in l. i. C. de veteranis li. xij. dum dicit magis atque magis veteranis meis debeo beatitudinem augere in nichilo vero diminuere. Quinto ut ipsi sacro Synodo assisteremus prout et pollicemur in hijs omnibus que concernunt reformacionem universalis ecclesie heresum atque scismatum extirpacionem pacem populi christiani vita vero non priuati assertioni huius aut alterius consulent sed communi vtilitati prospicerent memores sint multiplices litere quorum prima hec est. Cauete ut in prestando vota nullus vestrum neglecta vtilitate communi suo lucro priuate ne affectioni prospiciat ne si quisque propria comoda appetat friuola estimacione fallatur Nec enim libero arbitrio proferendam sibi sentenciam communi vtilitati fauentem exaiat mens quod priuata cupiditas ligat.

oblacio

de liberalitate principis

de assistencia Quinto

de votis dandis

viij q ij · dilectissimi · pdit em lingue recte opando memoria mens tremis
obligata carceribus lxxxiij · di nichil illo · 2° si hominibus placere studeo
et ad communem utilitatem no anhelo xpi servus non sum · Verba sunt ca
nomis referentis apostoli · xlvij · di · qd ad nos · 3° dicens in papianum
suos inquirunt auditores quibus no que communi saluti psiciant · Et q
illos delectant erronea pdicant dicit tex · ij · q · vij · scitis · x° dicens
si pomnibus xpus mortuus est · sup est qui vivunt iam sibi non vivant
sz ei qui p ipis mortuus est et resurrexit · si xpo vivunt · g° no pvate
sz communi utilitati ad quam indesinanter xpus anhelat viij · q · i · in scriptura
Ultimo lre dicentis Nil deterius q cum mentem inordinatus capti
vat affectus de elec · ubi periculum · in · ceterum · li · vj · Iniunxit etiam ut Non debemus tacere veritatem
non metu aliquo non quavis ratione cum veritatem tacemus que
commun utilitati psiciet multiplices sententie memor · Primo cano
ms referentes Jeronimum dicentem Innocens absque sermone conversatio quan
tum exemplo pdest · tantum silentio nocet xliij · di pudicis · 2° dicentes
sicut in cauta locutio in errorem ptrahit · Ita indiscretum silentium eos
qui erudiri poterant in errore delinquit xliij · di sic rector · 3°
dicentis quisquis metu cuiuslibz ptatis veritatem occultet utrerqz reus
est · alter eam pdesse non vult^eat iram dei in se provocat quia magis
hominem timet qm deum · Unde et qui mendacium dicit · et qui veritatem
occultet utrqz reus est alt eam pdesse non vult · alt no nocere desiderat
xj q · iij c · quisqs decernere falsi · c · i · x° auctes Inno dicentes q libz
de universitate tenetur contradicere iis q male agunt · in ea sive p ea leditur De taciturnitate &c
universitas sive aliqs quicumqs · qua si non contradixit · cum tacite p con
sentire videatur · ut contradicere teneatur · involvetur pcto et pena pit
cum expsse consentientibus ita dicit similiter in c · i · de hijs que fiunt
a ma · pte · ca · Cuius quidem sina xliij textibus confirmatur · Primo
ex c · error · lxxxiij · di · dicente error cui no resistitur · approbatur
veritas cum no defensatur opprimitur · negligere quippe cum possis per
turbare pversos non est aliud qm fovere · Ad idem ij · q · vij negligentia
lxxxvj · di in c facientes xxiij q · viij · in c · pterea · 2° ex c · consentire
lxxxiij · di dicentes Consentire videtur erranti qui ad resecandum que
corrigi debent non occurrit de homi c · sicut dignum de sen exco · c · di
lecto · li · vj · quid aut pdest suo errore non pollui si consensus no psbetur
erranti · lxxxiij di quid pdest · Quinto ex eps · dicente volens pmitti
scandalum nasci qm veritate delinqui de re · iu · qui scandalizaverit · porro
cum quelibz mala toleranda sint qm q malo psbetur assensus · xxxij
q · v · Ita ne q metus causa · c · sacris Unde dicit alibi canon referens

grecorum sanctius fore pro veritate supplicium pati quam per adulacionem b[e]n[eficiu]m
consequi xxij q. iij c. nemo. Ultimo hec dicentis Nil esse quod magis
prelato et omnibus efficiat quam tantummodo in bono xl di. si papa ex q°
glo. xxv. di. criminis concludit tantum mitte in prelato mortale peccatum
fore quinymo ut nec aliorum defenderemus erroneas sententias aut illis
quolibet prestaremus assensum sed prudencioribus crederemus, memor fuit
multiplex hec, quarum prima hec. Qui aliorum defendit errores est errantibus
dampnabilior quia non solum ipse errat sed etiam aliis offendicula errorum
preparat et confirmat xxiiij q. iij. qui aliorum. Ad idem. xi. q. iij. qui con
sentit. Secunda dicit sic qui alios cum potest ab errore non revocat, se
ipsum errare demonstrat de here. c. ij. Tercio ii sic dicentis, quid ini
quius est quam impia sape et prudencioribus doctoribusque non credere
xxiiij q. iij. c. quid autem

de Excusacione non tam mittendi ambaziatorum

Quinto innuxit nos exposituros quod et si ad aliquale moram traxit
in suorum oratorum destinacione ad hunc sacratissimum locum, Nichilominus
eius Regia maiestas voluntas et si absentis sed ea fuit ut huic
sacrosancta Synodi in favoribus atque crementis pro sua possibilitate
assisteret. Unde innuitur si placet sacrasancta Synodus omnipotentem deum
qui voluntatem remunerat et non opus de peni. di. i. si. Item dictas
sicut et si simulet et qui abrahe effectum inquisivit non factum exegit
dicat tex. xxxij. q. v. si quelibet in fi.

Ortacio ad prosecucionem inchoatorum

Ortator etiam quamvis et hoc nequium eius Regia maiestas non arbitretur
ipsam sacrosanctam Synodum ad prosecucionem harum laudabilium factorum
que operum benefecit eam quadruplicem sine memorem, quarum prima illa
est. Si incepcas omnio perficitur post solue initiac cingulum at primum quam
cedat victori adversitas priorum xvij. q. i. sacietatem de reni. c. i. in fi.
C. de hiis qui non implent stipen. l. ij. l. x. Secunda dicentis Nil credi
actum fuisse, cum aliquid agendum superest. C. de hiis qui ut indig. l. pe.
in fi. 3° dicentis quod frustra velociter currit, qui prius quam ad metas perve
niat deficit de peni. di. iij. in cassum. Ultimo dicentis quod magis ille
delinquit qui interruptam causam dimittit, quam qui numquam ad causam venit
ut in auct° de litigiosis § omnem.

Ministri gloriam suam non querunt sed domini eorum

Postremo quia isti ministri gloriam suam non querunt, sed domini ex quo enim ministri
sunt pro dualibus haberi volunt dicat tex. formalis de conse. di. iiij. aliud
igitur nos hoc in loco ministri Serenissimi Regis non nostre voluntati con
sulemus sed glorie voluntatique nostri principis luculenter supius demonstrata
finem facio ineptissimis verbis meis propter tria. Primum ne in erroneam
opinionem rusticorum incidam, qui nimiam garrulitatem audiem putant

Contra garrulatores

dicat tex. xlvj. di. § sequitur. Est enim animi vitium nimia maxime secreta
vulgare, quod fit vel loquacitate in cauta dum sine iudicio volat emissum

Co[...]

semel irrevocabile verbum vel adulationis ut ei placeas cui secreta revelas
Etenim si generali concilio non creditur cui erit credendum Cum apostolus
doceat ad Gal. 1° Quod etiam si angelus de celo aliud evangelizet quam
quod ecclesia eam evangelizavit anathema sit. Unde cum proprie ad generale
concilium pertineat extirpare scisma errores et hereses nullatenus generali
concilio competit scisma facere Hoc autem manifeste probatur ex principio
pis dicti capituli Frequens Sic enim dicit Frequens generalium conciliorum
celebracio agri dominici precipua cultura est que vepres spinas et
tribulos heresum errorum et scismatum extirpat excessus corrigit defor-
mata reformat et vineam domini ad frugem uberrime fertilitatis ad-
ducit Illorum vero neglectus premissa disseminat atque fovent Itaque
cum ex premissis constet quod generali concilio competit extirpare scis-
ma hereses et errores Nullatenus recte iudicat qui imponit generali
concilio facere scisma Si enim ex hoc quod deponit summum pontificem
unum aut plures adhuc viventes et contra dicentes Eligitque alium per
quem ecclesia dei utiliter gubernetur diceretur scisma facere Iam ergo sacrum
Constanciense concilium scisma fecisse diceretur eo quod in vitos deposuit
duos videlicet Iohannem xxiii et Benedictum xiii se gerentes pro summis pon-
tificibus Eligitque alium papam videlicet Martinum | eo tempore quo
adhuc etiam vivebant predicti duo Et alius tercius suo tempore
nominatus | Gregorius papa xii° Similimodo diceretur de sacro pi-
sano concilio | Non enim generale concilium declarans iusticiam et veri-
tatem dicitur scisma facere Sed qui acquiescere nolunt sentencie generalis
concilii sunt causa scismatis | Nec sufficienter excusat quod generale
concilium tunc solum debeat proferre sentenciam contra summum pontificem
quando ad statim execucio parata existit Sic namque Samuel propheta
diceretur fecisse scisma in regno Israel quando ex mandato dei vivente
adhuc Saul rege unxit David in regem eiusdem regni Equi-
dem plena execucio non fuit facta per multos annos postea Et quod
magis quia etiam licet post mortem Saulis filius eius fuit in re-
gem susceptus Nichilominus tam ipse David ad quem de iure perti-
nebat regnum quam sui fautores prosecuti sunt constanter electionem di

uina inspiratione factam de persona sua donec obtinuit regnum pacifi
ce Aliud exemplum etiam suffragatur quod abiathar summo sacerdote
deposito adhuc eo viuente Rex salomon qui eum obiecit constituit
Sadoch ut summo sacerdocio fungeretur 3o Re. 2o Simile legitur de
helizeo propheta qui viuente Rege achaab et pacifice regnante fe
cit inungi in regem israel yeu filium iosaphat et occiso eo cum
uxore ac lxxta filiis suis obtinuit regnum eius iiiio Re. ix Est
etiam aliud exemplum de ioyada summo pontifice qui athalia regna
pacifice regnante constituit ioram cui de iure regnum debitum erat
in regem Iuda et occisa est ipsa athalea violenter extracta de tem
plo domini iiii Re. xi Non licet amplius extendere sermonem quia si predicta
excusacio locum haberet vix aut numquam aliqua policia posset subsis
teret Item arguendo ex condicione generalis Concilii manifeste patet
quod dictum c. frequens non habet locum casu presenti dicit enim quod in casu
scismatis uterque contendencium tenetur venire ad generale Concilium
et suum competitorem ad eum prouocare Certum est namque quod
per generale Concilium non tenetur venire ad generale Concilium est enim
contradictio in adiecto Item non potest esse Competitor in papatu quia
papa esse non potest Et sic nullatenus ad concilium generale extenditur pe
na predicti Idem patet cum dicitur quod sub pena amissionis iuris quod
forte in papatu sibi quesitum foret Et namque generale Concilium quia esse papa
non potest nec per consequens potest acquirere ius in papatu nec amittere ius quod
sibi quesitum esset in illo Amplius idem probatur ex verbo et ad quaslibet
dignitates actiue et passiue sit inhabilis Etenim quia generale Con
cilium sicut papa Cardinalis patriarcha archiepiscopus vel episcopus esse
non potest ita nec potest ei competere pena quod ad huiusmodi dignita
tes actiue et passiue sit inhabilis Sic igitur patet ex condicione
Concilii quod cum ei non competat scisma facere nec tenetur ire ad
Concilium aut papa esse potest vel amittere ius in papatu aut esse inha
bile ad quaslibet dignitates que pene imponuntur contra scisma faci
entes quod nullatenus ex dicto c. frequens potest fundamentum
assumi ut in casu presenti non obediatur sacro Concilio Basilien

Secundo patet hoc ex parte Remedii quod in casu scismatis
adhibeatur per predictum c. videlicet quod si terminus inchoacionis
Concilii sit forte tunc pendens ultra annum quod intelligatur infra an
num abbreuiatus Constat igitur ex ipsius intencione quod tempore quo
dicitur esse scisma in ecclesia dei si tunc Concilium actu celebraretur
ad illud debet recurri pro extinguendo scismate Nam cum disponat
abbreuiacionem fieri pro inchoacione Concilii multomagis intendit esse
recurrendum ad Concilium quod actu celebratur Patet etiam hoc ex
clausula que in eodem c. subiungitur videlicet quod si infra annum aut diem
indicti Concilii celebrandi scisma contingeret vel aliquis esset
electus in summum pontificem per metum seu impressionem quod teneatur
statim venire ad Concilium Itaque voluit quociens scisma contingeret
statim recurri debere ad generale Concilium quod actu celebraretur

aut si in proximo non immineret celebratio Item hoc patet ex verbo quod
infra scribitur quod omnes tenentur venire ad generale Concilium tamquam
ad commune incendium extinguendum Equidem cum ardet domus pro
extinguendo igne recurritur ad aquam que in fonte aut flumine
actu existit Nec expectatur futura de celo pluvia aut primo paludes
repleat Ex predicto verbo tamquam ad commune incendium extinguendum
verificatur consideratio supposita quod non recte imponitur generali
Concilio facere scisma Nam per omnes fideles debet recurri ad generale
concilium pro tollendo scismate tamquam ad commune incendium extinguendum
Itaque generale Concilium dicitur esse extinctio scismatis Tertio exordio
et si in casu presentis scismatis applicari debent manifeste habetur quod
quia iam transivit annus Et ipse olim Eugenius numquam personaliter
comparuit in sacro Concilio Quod ergo iam amisso tempore perdidit
administrationem si quam habebit in ipso papatu Est enim plus quam annus
quod ipse manet in scismate Et iuxta dispositionem dicti c. si contingentes
de romano pontifice tempore scismatis postquam incepit Concilium
auctoritate sacre Synodi Constantiensis ipso iure est ab omni administratione
suspensus Preterea quod non solum administrationem perdidit
sed eciam possessionem quod amisit omne ius quod sibi forte umquam competerit
in papatu Ultima a tempore per eum tanti scismatis numquam comparuit
in Concilio generali quod ipse scit actu celebrari Et sic a Catholicis
Episcopis principibus et aliis fidelibus reputari

Tertio quod incongrue hiis diebus iudicatur dictum et frequens
ad faciendum predictam dictorum suspensionem patet ratione temporis
Ibi namque dicitur quod infra annum postquam Concilium inceperit
sint ipsi contendentes ab administratione suspensi Et quia Basiliense Concilium
cepit administrare ea que ad sedem apostolicam pertinent a tempore suspensionis
facte de ipso olim Eugenio ab anno cum dimidio et amplius
Quomodo igitur nunc primo agitur de suspensione dictorum Nec opponi potest
quod culpabiliter egerit tanto tempore administrasse in hiis que
pertinent ad apostolicam sedem hoc enim facit Concilium supersedendo a
processu ad instancias Regum et principum Preterea si ab hoc quod
Concilium Basiliense intromisit se de hiis que pertinent ad papam dicitur
facere scisma Iam ergo dicetur ab octo annis vel amplius fecisse
scisma Equidem a tempore premisso constituit collatores annatarum
receptitque expensis pecunias concessitque dispensationes et
beneficia et indulgentias plenarias fecitque alia quam plurima que solita
erant fieri per summum pontificem Item cum sacrum Constanciense Concilium
post depositionem pape Johannis xxiii usque ad electionem Martini
pape quinti que secuta fuit post annum cum dimidio manum apposuerit
in quamplurimis pertinentibus ad summum pontificem Iam ergo diceretur
scisma fecisse Habet tamen in hoc preteritis Conciliis laudem
singularem quod extirpavit scisma de ecclesia dei Hoc eciam
idem diceretur de Senensi Concilio Equidem concessit indulgentias
plenarias capientibus hereticos vel harentibus de dominiis
suis Non enim in bulla dicti Martini pape ad oratores suos expresse

continebatur quod concedere possent indulgencias plenarias Uni
et si ob hoc quod generale Concilium facit aliquando ea que pertinent
ad summum pontificem dicitur scisma facere vix aut nunquam assignari
potest generale Concilium cui opponi non possit quod scisma nutriverit
Legitur namque in historia tripartita li. i. c. iij de primo Niceno
Concilio sub Crispo et Constantino Cesaribus atque Consulibus Rome
quidem ecclesie Silvestrius presidebat Alexandrine autem Alexander
Et Ierosolymorum Macharius Anthiochie que est apud orientem
post Romanam nondum quisque fuerat ordinatus persecucionibus sic
prohibentibus Non longo post tempore hii qui in Nicena collecti sunt
eloquiis admirantes Eustachium dignum approbaverunt sede apostolica
presidere Et cum esset Episcopus nicene Beroe eum in Anthiochiam
transtulerunt Similimodo posset allegari de aliis Conciliis ge
neralibus que dispensationes indulgencias ecclesiastica beneficia et
officia concesserunt sed compendii gracia sub sistitur Hec est
enim veritas prout habetur in Sinodali missione que incipit sperantes
hactenus Quod de quibuscumque negotiis totius ecclesie facultatem
habet Concilium generale Nam quemadmodum potest condere statuta et
Canones de quibus ordinat de modo forma et tempore quibus tam
ipsa quam alii debent de negotiis ecclesie disponere ita et per se ipsum
disponere potest Itaque allegatio illa quia Basilien Concilium fa
cit ea que pertinent ad summum pontificem Ideo tamquam scisma
facienti potest ei non obediri si militaret ex ipsa inferrentur
omnia generalia Concilia fecisse scisma aut fuisse scismatica Et tamen
nobis non est alia fides catholica sperantes se nisi que firmata
et declarata est per huiusmodi generalia Concilia nec fideles catholici spe
rant se salvandos in alia fide nisi in ea quam firmarunt et de
clararunt generalia Concilia que sedente eciam unito indubitato su
mo pontifice fecerunt quamplurima de hiis que pertinere dicuntur
ad apostolicam sedem

Sexto quod subtractio obediencie in casu scismatis licet dicatur
per modum pene licet per modum remedii non extendatur ad
Concilium generale in casu presenti inducitur experimencia Judicii Ut
enim patet ex dicto c. quilibet illorum qui gerit se pro summo ponti
fice vel in competitis ad monstrat et sic dicitur fieri scisma Citatur
aut comparere tenetur in generali Concilio ad suscipiendum iudicium
Generale autem Concilium in terris non habet iudicem superiorem coram
quo debeat comparere Unde ab ipso nullatenus appellatur Nec eciam
ad ipsum sedentem in celo Nam huiusmodi appellatio quod sit erronea et
scandalosa diffinitum est per sacrum Constancien Concilium in Sessione
Item quod non liceat a generali Concilio appellare expresse habetur in
accion Calcedonen Concilii Ita enim dicitur Regula est ut ab electa
Sinodo non licet appellare Isti igitur hac ipsa sunt electione damp
nati Hec est fides patrum qui preter ista sapit hereticus est
Qui vero aliter sapit anathema sit Cesset igitur iam prophana
contencio Nam vere impius atque sacrilegus est qui post tot

non

non est non licet a generali Sinodo appellare

opinioni que aliquid tractandum relinquitur deinceps enim post

sacerdotum quamquam opinioni post veritatem repertam aliquid uberius
distulit mendacium querit. De hoc etiam expressius dicitur accione prima
in septimo Tholetano concilio dicitur enim sic: Prime accionis articulo
decretorum universalium cohere dedimus firmamentum, sciencium quod
multimoda semper deus opposicione iudiciorum ecclesias relevet oppressorum, et sicud malis exigentibus hominum permittit exoriri periurias ulcionum, ita tamen induit mansuetudines relevat pressuras.
Sunt et decreta precedencium patrum ad contencionis iurgium radicitus evellendum rite sinodalem fieri ~~confirmare~~ conuentum, ut
illic de diversitate iudiciorum pereunte lites habeant terminum, ubi
spiritus sanctus universalem ordinavit cetum. Ab hoc ergo spiritu sancto
successu nec quilibet in posterum aut ~~meritum~~ valeant commoveri aut
generalia statuta concilio plena determinatione unanimitate concepi. Ut
quecumque pro fidei causis ecclesiasticisque negotiis aut in preteritis gestis
aut in presentis constitutis aut in futurum etiam decretis vel sunt
vel fuerint diffinitione ~~conscriptione~~ conscripta universalis auctoritatis,
nullus hiis deinceps contra dicere audeat, nullus ea reverberare
presumat, nullus non impleri contendat. Nam si quis ex religione
contra hec inobediens aut susurrans aut certe lacerator aut in
induis ac non potius eorundem fautor extiterit gratuitus, et honoris
sui et coronis sancte lugeat amissione mulctatus. Cum vero
quelibet sancta sinodus agitur aut pacifice inter pontifices quippiam diffinitur, si pauciores per dissensionem vel contencionem forte
dissenciant, aut commoniti pluriorum cetu cum dedecore confusionis
abscondant aut excommunicationis quamquam crimine luant. Ex premissis
manifeste patet quod cum generale concilium non habeat supra se iudicem inferius, nullatenus potest argui contra ipsum ex dicto capitulo frequens quod disposuit scisma facientem tempore in generali concilio
tamquam coram competenti iudice suo. Preterea ubi agitur quod
debeat terminari scisma per concilium iam inductum per ecclesiam Hodie
hodie autem nullum est generale concilium ecclesie nisi sacrum concilium
Basiliense. Nec locus aliquis expresse assignatus est per ecclesiam
ubi concilium celebrari debeat in futurum ut ad id recurrat tamquam ad commune incendium extinguendum. Item quando sunt plures
facientes scisma tunc per capitulum frequens dispositum eis non esse obediendum postquam concilium inceptum fuerit. Si igitur aliquis locus
fortassis assignatus dicatur pro futuro celebrando concilio ad quod
deberet recurri per omnes tamquam ad commune incendium extinguendum
Et ex hoc respectu dicitur esse non obediendum concilio Basiliensi dominus
nec causa scismatis per illud aliud concilium futurum terminetur. Iam
ergo hoc fieri non deberet donec illud concilium inciperet celebrari. Amplius quod non obediatur tempore scismatis duobus aut
pluribus contendentibus de papatu hoc reperimus determinatum quod cum
fiet, hoc fiet auctoritate ecclesie videlicet sancte sinodi Constanciensis
ut patet in dicto capitulo frequens. Quod autem nunc non obediatur
sacro Basiliensi concilio sed liceat liceat obedienciam suspendere

quod habetur de auctoritate et superioritate generalium conciliorum

consuetudo

impune

+

nota

nota

Alia nota

hoc non sit aliqua auctoritate ecclesie Non enim umquam reperitur determina-
tum quod in casu quo per generale Concilium papa propter sua demerita a
papatu deponitur liceat uni vel pluribus archiepiscopis vel aliis exemptis
a iurisdictione ordinaria subtrahere se ab obediencia ecclesie ad quam
tenentur racione suarum ecclesiarum vel personarum/ Item quod in eorum
arbitrio constitutum sit pro tempore sibi placito esse vel non esse obedien-
dum Tunc enim inferior tenetur suo obedire superiori cum precipitur
ei Ex premissis igitur omnibus evidentissime patet quod dictum c. fre-
quens nullatenus etiam apparenter probat illud ad quod allegatur/ quod
moderno tempore [illegible] dictus Gabriel facit rebellionem et
non vult acquiescere sentencie Basiliensis Concilii quod ideo liceat profiten-
tibus sacri Basiliensis Concilium suspendere animos ut ipsi Concilio non
obediant/ Cum ymo evidenter ex intencione dicti c. habetur quod
omnes tenentur recurrere ad dictum Concilium pro tollendo scismate tam-
quam ad commune incendium extinguendum et ibidem existentes parati
eodem Concilio providere de bono et salutari regimine ecclesie/ Illud
autem precipue attendendum est quod si dictum c. frequens reciperet
sensum sicut alii opinabantur/ numquam posset reformacio fieri per ge-
nerale Concilium/ Nam cum nullus dictus christianus ignoret statum
generalis Synodi nullam sedem magis exequi oportere quam primam
sedem que Romanus pontifex preterea custodire debet canones uni-
versalium Conciliorum/ si contingat sicut iam in olim Eugenio experien-
cia demonstravit decreta generalis Concilii et transgressoribus tribuit
favores indebitos Ex qua re plurima turbacio et scandala perora-
bunt ecclesiam/ unde tunc necesse erit procedere adversus eum si aliter
spontanee trahi non potest eciam per deposicionem/ Et quia nec per mi-
nimum tempus licet in ecclesia deficere supremam potestatem ad pro-
videndum saluti animarum et debito iusticie ipso deposito potestas pro-
videndi in hiis eciam quantum ad exercicium competeret generali
Concilio Si ergo quando per generale Concilium in eo casu exerceret
ea que pertinent ad papam diceretur facere scisma numquam ergo proce-
dere deberet adversus summum pontificem obedire nolentem/ Unde
manifeste apparet quod cessaret effectualis reformacio ecclesie nisi illa
vocetur reformacio que fieret per velle summi pontificis/ Equidem
vix aut nullus summus pontifex spontanee assentiret sue deposi-
cioni/ ad quam necesse est per ecclesiam intendi quando summus pontifex
resistit reformacioni que pertinet ad fidelium salutem et bonum regimen
a ro ecclesie/ Preterea si ab hoc quod Concilium procedit adversus summum
pontificem eiusque personam ut effectualiter depellatur a sede in po-
testate non habet scisma facere dicitur/ Nam igitur numquam liceret
ferre sentenciam/ nisi quando persona pape teneretur incarcerata Ex quo evi-
denter quisque intelligere potest quod manifesta datur occasio ad se-
no diciones ut videlicet quicumque generale Concilium quod est ultimus iudex
pape examinaverit tamquam summum se facultas obtulerit apponatque
manus fortassis privata in personam summi pontificis Et qui sic ap-
ponet privatam manum in summum pontificem sperare aut presumere

possest de immunitate sibi concedenda a Concilio Ex quo per operam
ipsius Concilium a scismate excusatur Unde quandocumque Concilium con
gregabitur ad reformacionem ecclesie in capite et in membris Ex
ea re evidens occasio prestabitur ad huiusmodi faciendum sediciones
Preterea ex huiusmodi intellectu manifeste prestatur occasio quod generale Alia ro
Concilium eo ipso quod deponit summum pontificem debeat immediate
procedere ad eleccionem alterius qui potens sit ipsum qui depositus
est violenter expellere nec expectare vel per paucissimos dies
ut sentencia primo sit notificata vel quod informacio fiat qua iusta
lata sit aut quod depositus expellatur a sede vel non obediatur
eidem Si enim ex dicto capitulo velint predicti concludere quod tem
pore medio inter deposicionem summi pontificis et eleccionem alterius
licet tenere animos in suspenso ut non obediatur ipsi deposito vel
generali Concilio Et ob hoc quod quia ecclesia in hiis providet que per
tinent ad sedem apostolicam diceretur facere scisma Timendum igitur Concilium
generale ut huiusmodi occasionem prestandi statim procedet ad eleccionem
Preterea dicta suspensio animorum ut non obediatur ipsi nec generali Con Alia ro
cilio cum non appareat esse licita nec divine legi conformis sed
fortassis illi contraria vel alias multipliciter erronea aut scanda
losa manifestum est quod numquam fuit nec est de intencione dicti
c. frequens Non enim est de intencione huius canonis editi per sanctam
generalem Synodum ille sensus qui non est licitus nec divine legi con
formis Sed fortassis illi contrarius vel alias erroneus aut scandalosus
de quo statim infra dicetur Ex premissis igitur evidentissime constat
quod nullatenus ex dictis c. frequens elici potest ille sensus quod in casu
rebellionis moderne et scismatis quod dictus olim Eugenius fecit
et facit contra sacrum Basiliense Concilium liceat quibuscumque fidelibus
cuiuscumque dignitatis fuerint animos tenere in suspenso ut non obediant
ipsi Concilio vel quod eidem liceat ipsius ipsis subtrahere se ab obediencia
sacri Basiliensis Concilii ad quam tenentur ex declaracione facta in
Concilio Constanciensi Equidem qualitercumque vocabulo seu nomine co
loretur asserere non debere obediencie sacro generali Concilio applicare se
de facto non multum distat a subtraccione obediencie Utrum
aut sit causa iustificativa huius inobediencie et contemptus Et si maxime
dicatur quod non perpetuo sed ad incertum tempus videlicet usque
quo diffiniatur per sacrum generale vel aliud Basiliense Concilium Non
erit facile ut sit etiam fore licitum defendatur

Ad probandum quod in casu moderni scismatis et rebellionis
quam fecit et continuat dictus Gabriel contra sanctam Synodum
Basiliensem non liceat quibuscumque fidelibus subtrahere se ab obediencia dicti
sacri Basiliensis concilii quod per quandam viam neutralitatis asse
rendo quod tempore moderno licet tenere animum in suspenso donec per
aliud generale Concilium diffiniatur cui sit obediendum videlicet an

ipo G deposito, uel patre Basilien G modo ptō que eum deposuit
Quodqz tempore medio liceat cuilibet metropolitano tenere in sua dioc.
ul puincia supremū tribunal iudicii ad quod debeat recurri p omnes subdi
tos p habenda iusticia Nec interim obediat pressibus gnalis concili
tam in factis ecclie quam singlarium psonarum Exparte ipius G contra
pressus firmati fuerint aut firmentur Itaque tempore pdcto non
sit danda aliqua certa suprema et auctas iudicii ad quam debeat per
fideles recursus haberi adversus huiusmodi neutralitatem nullatenus as
ferendo quod iam facta posito tamen tamquam facta sit ul ad eam in
tendatur ad plus dimisso dicto ea que induci possunt ex iure cano
nico videtur obstare multipliciter rectum iudicium ronis et et quam
plurime auctes sacre scripture ac de terminaciones ecclie etiam ptinen
ad fidem Est namqz notarium scientibus scientia moralis phie seu
politice quod primo regimine ordinato alicuius multitudinis hominum
est necco assignanda aliqua suprema auctas ul ptas p quam legibus
scriptis aut verbo datis simplices hoies quorum maior est multitudo
quam sapiencium debeant suas acciones et operas regulare Que
admodum exemplariter videmus qd hiis qui eandem domum cohitant
necca est psidencia pris familias ut p se ipm uel alium regat co
habitantes in domo Simili modo videmus esse necce nequaquam Ciui
tatis ul Regno et quemadmodum ad debitum regimen multitudinis hominum
necca est psidencia Ita etiam ex parte subditorum necca est subiectio
ad illam ptatem supremam Ista est doctrina apli pauli ad Romanos
xiii cu inquit Ois aia sublimioribus ptatibus subdita sit Non
est enim ptas nisi a deo Que aut a deo sunt ordinata sunt Itaque
qui resistit ptati dei ordinacioni resistit Qui aut resistunt ipi sibi
dampnacionem acquirunt Et quod hec subiectio non tam dependeat ex
voluntate subditorum quam ex divina ordinacione que disposuit de
necitate salutis esse omnem aiam subditam fore sublimiori ptati
Patet non solum ex pdictis sed ex conclusione quam idem apls subiungit
inmediate dicens Ideoque ex necitate subditi estote non solum pter
iram sed pter consciam Nunc ex dicta neutralitate manifeste sequitur
quod non ois aia subdita erit sublimioribus ptatibus Equidem aie
om patriarcharum primatum archiepiscorum Metropolitanorum Episcorum et omn
abbatum exemptorum et aliorum quorumcumque qui ex institucione seu racione
dignitatis uel officii uel alias quolibet aiurisdictione ordinaria sunt
exempti aie omn istorum tempore medio non erunt subdite sublimioribus
ptatibus Et cu magna multitudo istorum sit in xpiana religione qui
assuescent in huiusmodi libertate foveri ut ex suis actibus nemini racionem
cogantur reddere magna psumpcio est ut continue scisma foveatur
Hoc a sanctis omnibus docetur fuisse peccatum luciferi qui noluit subiectus
esse divine ptati sed in sua libertate manere ac nulli obedire Et cum
hanc libertatem suggerent futurum esse hiis qui eius sniam foverent
cupientes huiusmodi libertate gaudere Ex e oculi primo quasi infiniti uni tati
sunt eum qui sunt ex parte eius Secundo necca est eius suprema p
sidencia ptatis ad decisione questionum que inter ipos hoies contin
gunt Etenim ut sapiens testatur ecclastici vii Cum deus fecerit
hoiem rectum ipe se immiscuit se infinitis questionibus Itaque ppria

quasi condicio hominum prout modo existit in statu nature lapse est di
versas inter se opiniones fouere nec omnes nisi cum magna diffi
cultate aut notoria rei euidencia vel inspiratione diuina in ean
dem concordare sentenciam. Cum ergo tam in hiis que ad fidem pertinent
vel ad bonos mores quam eciam in aliis multis vix aliquod tempus
assignari potest in quo non sit diuersitas questionum vel ambiguitatum
inter fideles ad huiusmodi questiones dirimendas necesse est assignari supremum
tribunal iudicii per cuius diffinicionem instruantur homines fideles quid cre
dendum et operandum sit iuxta doctrinam Catholice fidei cuius diffinicioni
acquiescere teneantur omnes fideles. Alias si si dantur plures absque ne(x)u
supremas potestates videlicet omnium exemptorum de quibus supra est mencio
facta Cum una iudicio alterius acquiescere non teneatur, nec velit
ut ei subiecta non videatur, manifeste sequi poterit ut quod ista diffi
nierit, tenendum est pro fide illa iudicabit contra heresim vel errorem
et sic iuxta numerum exemptorum huiusmodi contingit varietas in hiis que
pertinent ad Catholicam fidem vel ad mores necessarios absolute. Tali
autem neutralitati manifeste repugnare videtur sacra scriptura deutro(nomii)
xvii ubi dicitur si difficile et ambiguum apud te iudicium esse prospexe
ris et iudicium inter portas videris variare, surge et ascende ad
locum quem elegerit dominus deus tuus, veniesque ad sacerdotes leuitici
generis et ad iudicem qui fuerit illo tempore quereres ab eis qui in
dicabunt tibi iudicii veritatem, et facies quodcumque dixerint qui pre
sunt loco quem elegerit dominus et docuerint te iuxta legem eius
sequeris que sentenciam eorum nec declinabis ad dexteram vel ad sinistram
Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio decreto
iudicis morietur homo ille, et auferes malum de medio israel Cunc
tusque populus terrebit ~~vel~~ nullus deinceps intumescat superbia hec
ubi supra, Attendendum est verbum ascende ad locum ubi manifeste docemur
quod non plura loca, sed unus est et dedicatus debet esse locus supremus
ad quem debet recurri quando inter fideles est aliquod difficile vel
ambiguum Ex predicta vero neutralitate manifeste apparet quod non unus
locus sed multo plura quam mille assignantur loca ad decidendum quaru(m)
cumque dubia questionum Itaque euidenter scinditur connexio fidelis populi
et constituitur in diuersas partes. Tercia racio est suprema presidencia
potestatis ad offensarum cohibicionem siue satisfaccionem Equidem quia inter
homines facile contingunt offense, qui hii qui sunt potenciores usurpant
aliorum bona vel ipsos offendunt personas non aliter ~~consta~~ consistere potest
humana societas nisi assignetur dedicate supremi auctoritas iudicii que debeat
cohercere improborum conatus et querulantibus iusticiam ministrare, ita
ut liceat per eos qui offensi sunt dicere eidem potestati peccata eorum ~~mathei~~
qui offenderunt hec est doctrina saluatoris mathei xviii Si peccaue
rit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solum Si te
audierit lucratus es fratrem tuum Si autem non te audierit adhibe tecum no(ta)
unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum Quod
si non audierit eos dic ecclesie Si autem ecclesiam non audierit sit tibi
sicut ethnicus et publicanus, Amen dico vobis quecumque ligaueritis
super terram etc. Ex hac doctrina manifeste constat quod peccata
omnium fidelium, quando aliter secreto corrigi nolunt, licet ecclesie dicere ut ab

ea iudicium suscipiant. Stante vero dicta neutralitate per ipsa dictorum ex-
emptorum quibus diutius se offendent aut subditos suos. Iam non licet
ecclesie dicere quia nullam potestatem ecclesie confitentur supra se esse a qua
debeant iudicium recipere. Et cum secundum doctrinam evangelii licet patrem
fratres ecclesie dicere omnes qui christiano nomine censentur. Dicuntur autem
qui credunt in nomine dei qui dedit eis potestatem filios dei fieri secundum
Jo. Animadvertere potest huiusmodi exempti qui superiores supremos in ecclesia
constituunt nec patiuntur ut eorum per ipsa dicantur ecclesie quo inter
alios fideles reputandi sunt tamquam fratres. Et si dedignantur eorum
fratres nominari ordinarii et ut pro tempore sibi placito ipsorum per ipsa
tamquam aliorum fratrum non dicuntur ecclesie. Attendere potest quod si non
sunt fratres filiorum dei et ecclesie, tunc medio tempore dicentur filii.
Equidem ecclesia que mater est et magistra omnium fidelium iudicium
et potestatem habet corrigendi super omnes filios suos. Et si non sunt filii
ecclesie igitur nec dei. Nota quidem satis esse debet illa communis doctrina
sanctorum et aliorum doctorum, quod numquam habebit deum patrem qui ec-
clesiam noluit habere matrem. Quod si ita est in tunc ergo fide di-
centur salvari. Non licet amplius extendere sermonem. Nam huiusmodi
neutralitas ex hoc solum respectu quod nolunt se submittere iudicio
ecclesie multipliciter aggravari potest. Quarto est necessaria suprema
providencia potestatis ad conservationem ipsius christiane religionis. Nam
quemadmodum omnis politica societas ita christiana religio divisa con-
sistentem stare non posset. Ut enim salvator docet in evangelio Mathei
xii° omne regnum in se divisum desolabitur. Constat autem ex dicta
neutralitate quod religio christiana in tot partes dividitur quot sunt
capita huiusmodi exemptorum. Unde merito ex ipsa populo christiano iminet
periculosus interitus. Adeo autem periculosius interitus quod ex huiusmodi
neutralitate videtur fieri illa discessio de qua loquitur apostolus 2° ad
Thess. ii°. Dicit namque glo. ordinaria ac multi sancti et doctores
quod intelligitur de discessione ab obediencia imperii spiritualis. Hoc
autem imperium primo competit universali ecclesie, a qua universaliter vel
in maiori parte non legitur quod fuerit facta discessio preteritis tem-
poribus. Etenim quantumcumque usque hodie in ecclesia fuerint plura scis-
mata, quando duo vel plures se gerebant quilibet pro summo pontifice,
omnes illi fideles qui obediant alteri ex ipsis arbitrantur se obedire
iudicio universalis ecclesie. Itaque per huiusmodi scismata non fiebat discessio
ab obediencia universalis ecclesie. Nunc autem cum predicti exempti non confite-
antur supra se esse aliquam potestatem nec unus alteri acquiescat tam-
quam habenti potestatem universalis ecclesie, manifestum esse videtur per huiusmodi neu-
tralitatem discessionem fieri ab obediencia universalis ecclesie. Ad premissa fortasse
posset ab aliquo responderi quod licet dicta neutralitas ex se non vide-
atur licita, potest tamen iustificari ex quadruplici causa. Prima quia
huiusmodi exempti pro quietiori actu vel per protestationem numquam intendunt
recedere ab obediencia sancte sedis apostolice et sancte matris ecclesie. Se-
cunda quia cum constituerint se mediatores pacis huiusmodi neutrali-
tatem intendunt, quia volunt abstinere ab omni parcialitatis respectu..

Tertia quoniam ipsis apparet quod huiusmodi controversia inter Concilium et olim
Eugenium sit dubia probabile et ad presens indisputabile Quarta quia sic
neutralitatem servando dicunt se sperare citius posse pervenire ad
pacem Quantum ad primum dicunt huiusmodi exempti quod nullatenus in-
tendunt per hanc neutralitatem separare se ab obediencia universalis ecclesie
ymo tamquam devoti filii eiusdem intendunt semper eam venerari
ipsiusque determinationibus ac mandatis acquiescere et obedire Ut autem
videatur quod hec responsio sit effectualis interrogandum est ab ipsis
ubi sit ecclesia illa cui obedire intendunt Cum enim non sit nisi duplex
status ecclesie scilicet militantis et triumphantis Vel ergo dicunt se velle
obedire ecclesie que militat in terris vel que triumphat in celis Creditur
quod non intelligant de ecclesia secundo modo dicta Hec enim ecclesia quam
Christus fundavit et cui tradidit claves regni celorum in terris dicitur mi-
litans et non adhuc triumphare in celis Equidem prout habetur mathei
xvi ecclesia fundata est super petram immobilem vere confessionis fidei
et clavis regni celorum quas promisit se daturum exercicium suum habet
in terra Dixit enim Christus ad petrum qui confessus fuerat eum esse fi-
lium dei vivi Tu es petrus et super hanc petram scilicet confessionis
vere fidei quam fecisti edificabo ecclesiam meam Constat autem ex
doctrina apostoli primo ad Corinthios xiii quod fides non est in eter-
na beatitudine Et per consequens cum ecclesia fundata sit super veram
confessionem fidei necesse est intelligi de ecclesia militanti Idem patet
ex verbo sequenti cum in persona ecclesie salvator dixit ad petrum Et tibi
dabo claves regni celorum Et quodcumque solveris super terram erit solutum
et in celis hoc etiam manifeste patet ex doctrina ipsius mathei xviii
Cum dixit dic ecclesie si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus
et publicanus amen dico vobis quodcumque ligaveris in terra etc Nec
in alio quovis loco omnium evangeliorum reperitur a Christo dictum nomen
ecclesie nisi in hiis duobus tantum locis ex quibus manifeste patet quod
loquitur de ecclesia que est in statu militanti Idem etiam evidenter
patet consideranti doctrinam apostoli pauli ubicumque de ecclesia facit
mencionem etiam prima ad thi. 3o. ubi dicit quod ecclesia est colum-
na et firmamentum veritatis Si vero respondeatur ad ista quod
huiusmodi neutralitate servantes intendunt esse obedientes ecclesie non
triumphanti sed militanti Tamen ad presens quia ipsi ignorant ubi
sit ecclesia prout dicitur omnium iudeorum et magna fidelium utpote utrum in flo-
rencia aut in Basilea Hinc est quod suspendunt animos suos in obedi-
endo donec ipsis elucescat ubi sit ecclesia Tales respondentes incidunt
in maius inconveniens videlicet quod ecclesia est quid ignotum et occultum
Nam doctrina evangelii et sanctorum doctorum habet quod ecclesia est quid
notissimum et occulta esse non potest Unde augustinus in sermone apostolorum
petri et pauli Et incipit istum nobis diem dicit quod ecclesia non est
obscura neque tecta Non enim potest Civitas abscondi supra mon-
tem constituta Item Crisostomus super matheum docet quod ecclesia Civi-
tas dei de qua dicta sunt gloriosa adeo est posita super montem
qui est Christus Quod etiam si ipsam latere voluerit mons qui eam portat

faciet eam omnibus manifestam / Unde merito animadvertere debet
qui taliter respondet Nam dicere quod nescitur ubi sit auctoritas ecclesie
suprema in terris cuius iudicio acquiescere teneantur omnes fideles Istud
est scutum ad quod omnes errantes a fide finaliter se resolvunt Dicunt
enim quod ipsi tamquam humiles et veri filii volunt acquiescere et obedire
determinationi et mandatis sancte matris ecclesie Sed tamen que aut ubi
sit mater ecclesia cui debeant obedire ipsi nesciunt Ex hac enim se
quitur Horum autem excusatio numquam recipitur nam hoc est maximum
periculum in christiana religione Ex hac enim sequitur quod nullus
possit corrigi ab erroribus suis vel aliis delictis quia asserit quod
non potest sciri Christus sit eius legitimus iudex Quinymo sacramenta
ecclesie et articuli fidei constituuntur in dubio et vacillatione in
cuius namque fide ecclesie dicetur quis baptisare et cuius auctoritate a
peccatis absolvi Propterea super dicta responsio est nimis periculosa eo
quod facit rediculosam omnem obedienciam iurisdictionis Nam enim
sufficit subditis alicui archiepiscopo episcopo vel abbati dicere Ego volo o
bedire puta archiepiscopo mediolanensi aut episcopo paduano vel abbati
sancte Iustine Sed quod obediat tali vel tali sic nominato Ita ergo
non sufficit constituentibus huiusmodi neutralitatem dicere quod volunt esse
obedientes ecclesie militanti in terris Sed oportet etiam ipsos confiteantur
se velle obedire ecclesie que in terris militat quod alia sua sit ad illam
ecclesiam / quam ipsi pro tali reputant et nominant eam Et tunc cum post
depositionem pape olim Eugenii quarti ipsi nominant sacrum Concilium basi
liensem / generale autem Concilium nichil aliud est quam ecclesia legitime con
gregata excusari non possunt quin eius determinationi et mandato acqui
escere et obedire teneantur Si enim confitentur se velle obedire ecclesie
tunc eius legitime congregate sicud est in generali Concilio non diminuat
ecclesie auctoritatem / ymo adauget quia virtus unita est maior seipsa
dispersa / Necesse est ut obediant ecclesie legitime congregate in Concilio
generali Amplius si dicant se credere quod Concilium generale sit
illa ecclesia cuius iudicio acquiescere et obedire tenentur omnes fideles
Quodque ipsi eam sic volunt nominare et intendunt venerari / ta
men ad presens licet eis non obedire ~~alteri ut~~ nec ipsius Concilii fa
cere voluntatem sed prout eis videbitur dare operam ad pacem ~~ecclesiam~~
ecclesie ac proprio iudicio obedire vel non obedire alteri vel neutri /
110 Attendant qui hec dicunt ad doctrinam evangelii mathei vii Non
omnis qui dicit michi domine domine salvus erit / sed qui facit volun
tatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum
Et ut infra subiungitur ut quis salvus fiat / non satis est ipsum quod
prophetet in christi nomine aut quod demonia eiciat vel alias
virtutes et miracula faciat nisi habuerit se quod obediat divine
voluntati et impleat precepta patris sui Cum ergo iuxta sacram
scripturam proverbiorum Servanda sunt precepta patris et non
preter gradienda lex matris Et sic necesse est omnibus fidelibus
obedire preceptis ecclesie ut salvi fiant Animadvertere possunt huiusmodi
neutralitatem constituentes quod in ea mediatione pacis ad quam
dicunt se velle intendere / etiam si prophetarent aut miracula face

rent si tamen contemptui habent determinationes et precepta ecclesie universe
congregate quo possint salvi esse Equidem de illis prophetantibus
aut eicientibus demonia non tamen facientibus voluntatem patris
Christus fatetur quod dicet ignoravi vos in die iudicii Item huiusmodi
neutralitatem constituentes attendere merito possunt ad illam auctoritatem
satis notam sed terribilem / primo Regum xv numquid vult dominus holocausta
et victimas et non potius ut obediatur voci domini Melior est enim obediencia
quam victima / et auscultare magis quam offerre adipem arietum Quoniam
quasi peccatum ariolandi est repugnare / et quasi scelus ydolatrie nolle
acquiescere Item ad doctrinam salvatoris Mathei xv et Marci vii ubi
manifeste docet quod ea que sunt ex obligatione divini mandati / licet
potius expendere in usum hominum quam convertere in sacrificia divini cultus
primo quod propter tradiciones hominum que hec statuerunt quamvis bonum
esset / efficitur irritum divinum mandatum Possunt autem considerare
huiusmodi neutralitatem constituentes tum obedire ecclesie sancte matri
sue sit de necessitate divini precepti / si licet hoc pretermittere aut contempnere
mandatum ecclesie propter qualemcumque inter se factam humanam ordina-
tionem Etiam si eam dicant se prosequi propter bonum finem / Non satis
est proposito bonum finem intendere / sed necesse habet per licita media il-
lud prosequi / ut enim recta sit actio / ad modum linee recte oportet
ut medium non deviat ab extremis nec umquam virtus vicio ad-
iuvanda est Et quoniam Christus est via veritas et vita numquam per quas-
cumque actiones perveniri potest ad vitam nisi Christus sit via Est
siquidem notissima doctrina illa apostoli ad Romanos iii aiunt quidam faciamus
mala ut veniant bona quorum dampnacio iusta est Nec obstat
si dicatur quod obediencia pertinet ad preceptum affirmativum / et illud obligat
ad semper sed non pro semper Ergo licet pro aliquo tempore respectu boni
finis consequendi non obedire ecclesie Constat namque tempus et mo-
dum obediencie dependere ex iudicio mandantis non autem ex arbitrio eius
qui obedire tenetur Ergo non excusat si tempore quo iubetur et ob-
ligatus est non obediat Preterea est magna differentia inter obedire
et ab obediencia se subtrahere Equidem licet obediencia pertineat ad preceptum
affirmativum quod obligat pro tempore et modo ac aliis occurrentibus
circumstanciis oportunis Tamen non repugnare aut resisteri superiori
suo subtrahere se proprio iudicio a subiectione et obediencia superioris sui hoc
pertinet ad preceptum negativum quod non solum ad semper sed obligat pro
semper Supersedeo ab ulteriori super hac allegatione / satis enim facile
hoc quilibet intelligere potest quod non licet alicui cuiuscumque dignitatis se
subtrahere se ab obediencia superioris proprio iudicio / precipue si ad illam ob-
ligatur ex divino mandato Cuilibet autem notum est ut esse debet An
utrum obediencia sancte matris ecclesie sit de necessitate divini precepti Ex premis-
sis igitur manifeste patet quod tum ecclesia militans mater sit illa
cui tenentur obedire omnes fideles / quodque ipsa non est occulta vel
aperta / sed tamquam posita super montem civitatis omnibus nota Nec
sufficit eam nominare verbo sed effectualiter obedire eius mandatis

Quodque non licet tanquam proprio iudicio subtrahere se ab eius obedientia
etiam respectu finis qui sibi videtur bonus quod dicta neutralitas sit
plena multis periculis ut non dicam heresis vel dampnati erroris et
tangentibus statum salutis eterne Dicitur autem secundo dicta neutralitas
iustificari ex eo quod huiusmodi neutralitatem constituentes dicunt se esse me-
diatores pacis ecclesie et ut parciales non reputentur licet ipsis donec suam
mediacionem compleant nulli prestare obedientiam Hec racio nullatenus
satisfacere videtur primo primo aspectu aspectu videtur in veritate facere contra
factores Conciliorum nullus enim legitimus iudex debet pars reputari par-
tes namque consueverunt litigare coram iudice unde cum ipse iudex sit coram
quo et per quem partium litigia tractantur nullatenus inter partes debet
annumerari Constat autem ex aliis declaratis in iustificacione sive quod
generale Concilium est legitimus iudex pape et omnium fidelium cuiusque namque
110 ordinacioni obedire tenetur omnis fidelis cuiuscumque dignitatis etiam
si papalis Quod ergo si generale Concilium procedit ad reformacionem alicuius
archiepiscopi vel alterius fidelis et ille renuit obedire ac resistenciam facit
primo et prosequitur generale Concilium quod contra Concilium propter iusticie
prosecucionem debeat perdere dignitatem iudicis et tanquam pars litigans
reputari Attendere possunt huiusmodi neutralitatem constituentes quam
sit hec periculosa doctrina in ecclesia dei Siquidem omnis iudex desisteret
ab administrando iusticiam quandoque videret partem coram eo litigantem non
obedire seu resistere Et cum iudicium in in perpetuum reddatur si iudex quia
tale iudicium facit tanquam pars debet reputari et non solum in illa causa
sed nec in aliis non obediatur eius disposicionibus et mandatis consequenter
desisteret a prosecucione iusticie et sic omnia contraria remanebunt impunita
Preterea illa debet pars reputari que litigat pro privato commodo aut
interesse proprio Constat autem quod sacra Synodus Basiliensis in pro-
cessu quem fecit et prosequitur contra dictum olim Eugenium non commodum
aut privatam utilitatem sed prosequitur generalem reformacionem ecclesie in
capite et in membris Hoc enim visum est omnibus necesse esse ut papa sus-
cipiat et veneretur Canones Synodales pertinentes ad reformacionem
ecclesie alias si ipse non acceptat eos primo observantes prosequitur Et non
observantibus tribuit beneficia et favores manifestum est quod perit
omnis reformacio et pax ecclesie dei Item asserere quod subditis ex eo
quod dicunt se esse velle mediatores licet non obedire superioribus
suis hoc est evacuare omnem nervum gerarchie potestatis et execuci-
onem iudicii Sit enim quod abbas velle corrigere priorem qui ei te-
netur obedire aut Episcopus prepositum vel decanum si illi nollent acquiescere
sed potentes essent ad resistendum et alii monachi et Canonici eo
casu quemadmodum nunc huiusmodi neutralitatem constituentes dicerent se
velle mediare ad componendam pacem reputentur neutrales se con-
stituere et sic ut evitarent respectum parcialitatis neutri eorum obe-
dire velle Quilibet etiam non multum doctus satis facile per-
cipere potest quantum ex hoc exemplo imminet periculum Inter alia illud
notissimum est quod suspicio esset adversus ipsos monachos vel
Canonicos fovere diuturne illam divisionem ut per hoc essent liberi

a vinculo obediencie. Amplius si concilium generale procedens ad reformationem summi pontificis vna et ipse summus pontifex alia debent partes reputari oportebit ergo assignare iudicem medium superiorem ipse et concilio respectu cuius tamquam duo litigantes debeant partes reputari. Manifestum est autem quod in ecclesia militanti non potest assignari aliquis iudex superior ipse et generali concilio. Si vero rideatur quod etiam si non posset superior iudex assignari nihilominus quia pugnant contra se invicem debeant reputari partes, quemadmodum contingit de duobus Regibus qui non recognoscunt superiorem in temporalibus ad quos pacificandos mediatores qui se consueverunt interponere vocant eas partes. Animaduertendum est quam periculose divisioni exponit ecclesiam dei qui asseret generale concilium et summum pontificem non habere inter se aliquam connexionem vel ordinem vnius ad aliud Sed quod se habent tamquam duo reges non recognoscentes superiorem intrinsecus. Sicut enim a summo pontifice aufertur auctoritas presidendi in Concilio generali et a generali Concilio auctoritas disponendi in hiis que pertinent ad actiones summi pontificis pro hac doctrina oportebit querere aliam sacram si dari posset scripturam et alia iura scripta siue de presentibus gestis historias. Cum enim respicit ad ea que hodie in ecclesia habentur non reperit similem comparationem fieri debere

Allegatur fortassis tercia causa iustificatiua dicte neutralitatis quia disceptatio inter Concilium et papam esset dubium probabile eo quod liceret eos tenere in suspenso usque ad decisionem. Et primo quod esset dubium indissolubile et quasi tenebrosa aqua in nubibus aeris vt euidenter cognoscatur quantum perfecte valeat hec causa iustificatiua. Attendendum est quod quatuor sunt super quibus videtur principaliter esse huiusmodi disceptatio. Prima quia ipse dominus Eugenius noluit suscipere decreta Concilii et ab aliis facta confirmare quia delatus notorie super criminibus. Secunda quia absque consensu eius dissoluit Concilium et ipso durante erexit aliud. Et sic introduxit scisma in ecclesia dei, quia repugnauit pertinaciter veritatibus fidei. Quodlibet istorum deducitur in questionem iuris et facti. Quantum ad primum quod est in facto ipsimet neutralitatem constituentes nullatenus dubitant. Sciunt enim per Concilium facta esse decreta de electionibus, annatis, earum diffinitionibus collationibus beneficiorum, de sublatis reseruationibus absque multis. Quodque ipse toto tempore sui pontificatus illa non obseruauit nec ad illa attendit, quin ad ipsorum contraria leuando annatas vtendo reseruationibus. De iure autem ecclesie eisdem satis notum existit quod iuxta declarationem Concilii Constanciensis statutis mandatis ordinationibus et preceptis cuiuscumque generalis Concilii legitime congregati in pertinentibus ad reformationem ecclesie quilibet fidelis etiam si papalis dignitatis obedire tenetur. Quod autem dicta decreta per Concilium edita pertineant ad reformationem ecclesie patet manifeste ex acceptatione eorundem in dieta Maguntina die viii Julii anno domini Mo cccco xxxviiio

Item in dieta Maguntina xxvi Marcij hoc anno M° cccc° xxxix° facta
solempniter per gallicanam et Germanicam naciones Item quo ad 2m de
iure nulli dubium est quod si ipse Gabriel taliter fuit inmissus quemadmo
dum fuit indicatus per Concilium quod iubebatur iuste a papatu depon
De facto fortassis ipsimet exempti non dubitant Sed non possunt ratio
nabiliter ignorantiam pretendere cum sciuerint super hoc agi in Concilio
generali qui tenentur debent aut possunt per se uel per suos interesse et uel inter
esse noluerint aut suos abstraxerint Veritas autem criminum prout
in facto consistit coram iudice debet debet constare Nunquam autem iniqua
iusticia locum haberet si non primo fieret execucio quam de veritate criminum
constaret omnibus regnicolis aut Ciuibus Preterea quantum ad 3m multo
minus potest allegari dubium probabile Nam postquam ipse G. dixit se dissol
uisse Concilium et erexit aliud habuitque secum Imperatorem patriarcham
et alios de ecclesia Grecorum Quam dicebant non nulli fuisse legi
timam tamen dissolucionis huiusmodi nouitatem constitucionis confessi sunt et
continue consistentes Basilien Concilium esse generalem Sinodum vlem ec
clesiam reputantes Nec tamquam ferrarien aut florentinam congre
gacionem nominauerunt tamquam Concilium generale Est enim declaratum in
viiia Sessione tamquam per articulo fidei catholice quod durante Basilien
Concilio aliud esse non potest Quodque erigentes aliud sunt Rei scismatis
et illud non generale Concilium sed debet appellari conuenticulum scismaticorum
Quod autem non licuit eidem G dissoluere generale Concilium absque eius
consensu presertim Basilien Sinodum satis patet ex quam pluribus allega
cionibus factis tempore prime dissolucionis specialiter in dicta famosa Epistola
Sinodali cogitanti / et in alia Sperauit / ex aliisque multis ad presens non
recitandis Sed specialissime hoc apparet ex tenore ipsius adhesionis
per quam solempniter promisit quod ipsum Basilien Concilium pure simpliciter et
cum effectu ac omni deuocione prosequetur Et deinceps a nouitatibus
grauaminibus siue preiudiciis inferendis ipsi sacro Concilio ut suppo
sitis eius et adherentibus eidem realiter et cum effectu desisteret Quod
autem introduxit scisma in ecclesia dei per huiusmodi dissolucionem euidentis
sime omnibus patet Nullus namque negare potest duas congregaciones
actu simul esse in ecclesia sub nomine generalis Concilii Multoque grauius pe
riculosius formalius et euidencius scisma esse quam duos simul
se nominantes summos pontifices et pro talibus se gerentes Et quam con
sitentes vnum ex eis esse verum et licitum papam consequenter dicere
habent aliud et sibi adherentes scisma facere Per omnes ergo confi
tentes sacram Basilien congregacionem generalem Sinodum vlem ecclesiam
reputantes dicendum erit olim Eugenium cum constituentibus suum con
uenticulum ferrarien aut florentinum scisma introduxisse et scis
ma continuare in ecclesia dei Non enim hec duo stare possunt quod con
gregatio ferrarien aut florentina sit scismatica et ipse qui eam ex
certa sciencia erexit / nec amonitus desistere voluit primo spontaneus per
seuerat continuando non fecisse scisma dicatur Itaque 3m super dictum
generale Concilium potest esse probabile dubium De quarto vero quod ipse
G repugnauit pertinaciter veritatibus fidei non minus hoc euidentis
sime est notum tam in iure quam in facto / sed de hoc fit mencio alibi
in 3a relacione vbi declarantur quatuor puncta circa materiam fidei et
tercius ipsorum tangit hoc propositum / facit eciam ad hoc quod dictum est
super secundo notato dubio / quod nullatenus excusat dubietas huiusmodi ex/

emptorum vel ignorancia tunc fecerint de hoc materia agitata in generali Con
cilio et interesse voluerint Per premissa igitur ex inductione collige
do illa super quibus ipse contra repugnat hactenus sacro Concilio manifeste
apparet quod nullum eorum est probabile dubium Si autem dicatur quod nullum
ipse istorum est istud quod prodiunt huiusmodi exempti probabile dubium Sed quia
in radice clare palam contra predicatur auctoritas eo quod sacrum Basilien Con
cilium affirmat papam teneri obedire decretis et ordinationibus generalis
Concilii ipse autem contra econtra Si de hoc intelligatur manifestum est quod
nullatenus illud potest dici probabile Nam dubium probabile dicitur circa quod
licet cuilibet fideli contrarie opinari, absit autem a mente cuiuslibet christiani
quod circa declarationem fidei factam per ecclesiam liceat cuique catholico in
contrarium dissentire vel quolibet dubitare Et quia ut dictum est in sacro Con
stancien Concilio facta est hec declaratio, quod cuilibet generali Concilio quili
bet fidelis etiam si sit summus pontifex obedire tenetur, nullomodo igitur
de hoc est probabile dubium Catterum quod non semel immo plures huiusmodi
questio fuit iam per ecclesiam diffinita et tota christianitas consenuit in
pace acceptavitque ipsam declarationem et veritatem catholice fidei Esto
etiam si postea insurrexit contra dictam declarationem fidei magna mul
titudo christiane religionis etiam de prelatis et principibus maxime
quando huiusmodi egrio resistentes essent illi quorum honor vel status ex
dicta declaratione purgeretur licet considerare que ab antiquo gesta
leguntur Legitur namque quod post declarationem fidei quod filius dei
esset consubstantialis patri facta per ecclesiam in Niceno Concilio contra Arrium
et sequaces suos sustinentes oppositum, fortassis maior multitudo Episcoporum
in oriente et occidente tenuerunt per aliquo tempore cum arrianis Et li
berius summus pontifex tenuit hac idem Quo tempore per arrianos etiam
celebrata sunt multa Concilia ut dicta veritas iam declarata e
vanesceret Sed athanasius in oriente Eusebius autem in occidente cum
illis qui permanserunt in pace per ecclesiam declaratis sustinuerunt predicta
declaratione ne passi fuerint ut ipsa declaratio de novo revocaretur
in dubium Esto igitur nunc quod ipse olim Eugenius cuius status et cuiuslibet
alterius summi pontificis premissa declaratio exigit Etiam declarat expresse
quod tenetur obedire Concilio generali Resistat huic veritati cum iam tamen
existens in Constan Concilio que etiam per suam adhesionem expresse con
senserit Quod autem maius est, quia sicut fuit dictum ecclesia in hac
veritate iam multo tempore conquievit, non propterea a quibuscumque fidelibus
debet in dubium revocari Eadem ratio est de sibi adherentibus qui dece
vel eorum maior pars per se aut per alios suos iuraverunt huic sacro Con
cilio Non igitur excusare videtur etiam si contra in radice predicatum
auctoritas maxime cum tam evidens est declaratio ecclesie et dicitur esse
causa resistencie ut effugiat reformationem Non enim ob hoc quod Reus
dicit contra notoriam iurisdictionem archiepiscopi episcopi aut Regis et palam asse
rens eum non iudicem ut effugiat super suis criminibus sententiam Ex ipso
dicitur esse probabile possibile dubium ut liceat subditis qui consentiuntur ipsos
ut tales non teneri ad obediendum

D autem quod In fine huius tertie cause iustificative dici potest
quod licet in aliis nationibus aliquis pretendere posset de huiusmodi

superioritate Concilii ad papam probabile dubium nullatenus vel apparet hoc
dici posset in inclita natione Germanica Hec enim declaratio facta
fuit in Concilio Constantiensi nationis Germanice ubi imperator multique prin
cipes et prelati ac doctores et alii eiusdem nationis interfuerunt persona
liter Et quod perlecta nec dum in prima Sessione sed et in duabus pub
licata est successive Quidem etiam primo tradita est executioni Et quidem
ex mandato Concilii divine memorie Sigismundus multo tempore tenuit incarce
ratum Johannem papam xxiii postque de mandato Concilii tradidit et liberatus est
per Concilium ab obligatione qua tenebatur super dicta detencione Mandatum
autem auctoritative factum super detencione persone pape evidenter denotat superio
ritatem quisque videt / Preterea in eodem Concilio vigore dicti decreti
facta est per Synodale iudicium depositio duorum summorum pontificum vi
delicet dicti Johannis et Benedicti xiii Ut autem dicit apostolus prima ad
corinthios iiii° Qui iudicat me dominus est / Nam dicitur de aliis multis gestis
in Concilio Constantiensi per que satis clarius huius superioritas demonstratur
tam in editione decretorum quam electione pape et aliis Sed et si per
tempore illius Concilii aut post dubitatum fuisset nullatenus modo in na
tione Germanica debet esse probabile dubium / quoniam post dissolutionem primo
attemptatam per dominum Eugenium de Basiliensi Concilio omnes reverendissi
mi patres et illustrissimi principes sacri Romani Imperii Electores
ad quos sicut ex parte eorum in hac parte extitit allatum / tota Ger
mania suum dirigit respectum se incorporarunt Concilio miseruntque
ad papam requirentes ut ipsam dissolutionem revocare deberet Non ob
stante contrariis mandatis ipsius Et sui oratores firmiter tunc in Con
cilio perseverarunt Item post notificatam secundam per eum attemptatam
dissolutionem fortassis ipsi fuerunt primi qui scripserunt roborando sacrum
Basiliense Concilium ut patet per litteras eorum presentatas in generali congre
gatione x° Januarii anno domini M° ccccxxxviii Similiter etiam
post habitam noticiam de accessu grecorum ad hunc et post incorpora
tionem eorum que fuit tenta Ferrarie Sessio quod ibi esset Concilium
ycumenicum amplius ut patet per litteram salviconductus Imperialis
sub data iiii^a Maii eodem anno cum Consilio oratorum ipsorum duorum
Electorum Invictissimus Rex Romanorum Albertus concessit sacro Concilio
salvumconductum plenissimum Et quod irrefragabile est nec admittat
condignam in contrariam responsionem / oratores ipsorum non una vice sed
quotiens comparuerunt ex parte ipsorum in generali congregatione et aliis etiam
in scriptis ut taliter semper obtulerunt eorum professione quod vellent pro
tegere et manutenere auctoritatem sacrorum generalium Conciliorum et specialiter
Basiliense Concilium Est etiam aliud multo irrefragabilius quod nullatenus
patitur in Germanica natione allegari istud tamquam probabile du
bium Etenim licet ut a quibusdam dicitur per ipsos duos Electores tempore
electionis Imperii de mense Marcii anno predicto fuit facta Franck
fordie protestatio quedam dicentes tunc se nescire cui deberent obtem
perare videlicet Concilio aut pape Jn eadem tamen statuerunt quod si in
tra sex menses discordia hec non tolleretur e medio vocatis princi
pibus spiritualibus et temporalibus sacri Romani Imperii se consulerent

cui parti fouendum et obtemperandum esset hec eadem repetita fue
runt in dieta Nurenberge de festo Margarete obsecrando ut Concilium
vsque in illam dietam in qua super hoc consuli debet in mansuetudine sus
tine(re) et ad illam oratores mittere fuit autem in fine dicti Decemb(ris) men
sis tenta dieta ad festum Galli Nurenberge ubi etiam convenerunt legati
sacri Concilii et inter ipsos Gabrielis in magno numero et solempnitate
auditisque illis secutum est ut Invictissimus Rex Romanorum non sine Con
silio et assensu dicte congregationis ut creditur instituerit in protectorem
sacri Basiliensis Concilii magnificum dominum Conradum de Wynsbergh spectabilem
camerarium sacri imperii Unde cum repetitis vicibus ipsi principales na
tionis germanice statuerint sibi tempus ad consulendum cui fauendum et ob
temperandum foret per ipsos principibusque et auditis oratoribus Concilii et Ga
brielis super hac deliberaverunt consultius non solum dictis regem Romanorum
et electoribus sed de spiritualibus et temporalibus quamplurimis principalibus
et aliis totius nationis germanice an liceat nunc allegari tamquam
dubium probabile facile indicari potest Accedit etiam huic ratiocinationi
quod sicut tunc dictum fuit alia dieta fuit instituta in Franckfordia
de mense Marcii ubi oratores olim Eugenii erant comparituri quia
ipsis instantibus dicitur indicta fuisse et exhortantibus oratoribus Im
peratoris et electorum Sacrum concilium misit in magno numero solempnes le
gatos et oratores ad dictam dietam Que fuit tenta Maguntie ibique
declararunt iusticiam et veritatem sacri Concilii Et expectarunt o
ratores dicti Eugenii per xxx dies Itaque singillatim computando post at
temptatam sedium dissolucionem per ipsum olim Eugenium per sacrum Concilium
fuit solempniter notificata veritas et iusticia sua vel rei Romanorum et
Electoribus aut in persona aut in presencia suorum oratorum decem vicibus Primo
de mense Septembris et octobris Basilee anno domini Mo cccco xxxi vii(o)
2o iterum de mense Januarii xxo et xxi die eiusdem 3o de mense Mar
cii Franckfordie anno xxxviiio quando erant congregati pro electione in
perii 4o et 5o coram Rege Romanorum per oratores Concilii magistros Iohannem
Palomar et de Ragusio Item per bo. me. Reverendissimum dominum Pretzcham
Episcopum Vicensem et Iohannem de Bachenstein 6o Basilee xxiiii xxx et xxviii
Junii 7o in dieta Nurenbergensi de mense Julii 8o in prenotata dieta
de mense Galli 9o Basilee de mense decembris Januarii et Februarii
frequentissime 10o in prefata dieta Maguntina Illud autem nequid sub
silencio preteriri quod cum in omnibus hiis per sacrum Concilium aut oratores
suos facta fuit informacio de iusticia et veritate quam concilium pre
tendit vix aut nunquam in contrarium obiectum est quare non esset notorie
verum quod asserebat Concilium aut esset probabile dubium vel propter ipsius
Regis Romanorum aut electorum vel aliorum spiritualium et secularium principum
germanie Nunc autem cum veritas et iusticia debent tradi execucioni
quod allegetur non esse obtemperandum quoniam est probabile dubium Qui
contendunt in Iudicio non ignorant an ista est exceptio que alle
gari debeat post latam sentenciam diffinitivam aut si illa non obstante
sententia tradenda est execucioni Utrum autem admittenda sit in divino
iudicio excusacio quod ideo oratores ipsorum obiter in concilio aut inter

esse noluerint quia super veritate fidei et iusticie quas prosequitur sacrum
Concilium in eo disceptabatur aut fiebat informacio ne ex hoc parciales
reputarentur. Considerandum venit si studiosa et certa noticia de veritate
mirum reddit aut efficit inhabiles eos qui se constituunt mediatores ad com
ponendam pacem inter disceptantes. Adiungitur eciam huic considera
cioni quod post factas per Concilium et oratores suos predictos informa
ciones ut nullatenus in Germanica nacione posset dici probabile dubium
quod in prefata dieta Maguntina ut dictum est facta est solempniter nomine
imperii optimatum et principum spiritualium et secularium nacionis Germanice
acceptacio decretorum sacri generalis Basiliensis Concilii magna cum venera
cione et solempnitate in quibus decretis cum per Concilium regulentur
manus summi pontificis, tam quo ad confirmacionem electionum collacionum et
beneficiorum diffiniciones causarum creacionem Cardinalium et alias multipliciter
evidenter patet agnosci ex dicta decretorum acceptacione de superioritate Con
cilii ad summum pontificem, edicio legum quibus policia quevis regulari
debet irrefragabile est testimonium de superioritate existente in parte legum
condicione. Unde ex omnibus premissis evidenter percipi potest quod de
auctoritate generalium Conciliorum super papam et per maiore Basiliensis Concilii Item de eius
veritate et iusticia in causa quam prosequitur contra dominum Eugenium raciona
biliter loquendo non potest aut merito esse vel pro tali reputari non de
bet dubium probabile. Ut autem non obediatur sentencie late per sacram Synodum
Basiliensem contra dominum Eugenium allegatur quod est probabile dubium utrum hec sit suf
ficiens et legitima excusacio attendatur doctrina apostoli Ro. x. ubi non ad
mittit excusacionem aliorum qui non obedierunt evangelio. Dicit enim sic
Sed non omnes obediunt evangelio. Ysaias enim dicit domine quis credidit
auditui nostro ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Numquid
non audierunt. Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum. Non sit
comparacio utrum verba apostolorum insonuerunt de tempore suo tam distincte
in omnem terram et specifice aut in fines orbis terre quantum in Germa
nica nacione sit facta declaracio de veritate et iusticia quam prosequitur
Basiliense Concilium et de huiusmodi suprema auctoritate generalium Conciliorum

Quarta causa iustificativa dicte protestacionis allegabatur quia per
neutralitatem servando dicunt se sperare cicius pervenire ad pacem
Utrum autem hoc sit verisimile considerari potest. Constat namque ex doctrina
prophete psalmo lxxxiiij quod iusticia et pax osculate sunt. Unde contempta
seu neglecta virtute iusticie pax haberi non potest. Et cum per huiusmodi neutra
litatem non reddatur debita obediencia generali Concilio prout declaratum est
in declaracione Concilii Constanciensis. Quomodo preter aut contra virtutem iusticie
speratur cicius pervenire ad pacem. Item negligi videtur virtus
iusticie. Nam execucio sentencie late super criminibus et maxime in hiis que
fidei sunt ne amplius ecclesia remaneat in tanto scandalo cum exigat
acceleracionem per huiusmodi neutralitatem differtur in incertum. Item quomodo
servatur iusticia si constituentes huiusmodi neutralitatem eum qui per eam
quam ipsi nominant sacram generalem Synodum condempnatus est tamquam
hereticus et multipliciter criminosus tempore medio ipsi nominant papam
et sanctissimum apostolicum. Attendendum est enim quod hec duo se compaciuntur
quod aliquis declaratus sit per ecclesiam hereticus et nominetur pro omnium fidelium

Item facile videri potest si iusticia servatur in sua integritate si ipsi qui
tenentur obedire concilio generali constituunt se per se iudices mandando ut
non obediatur Concilio donec prima per modum avisati ab ipsis examinentur
Luce xii legitur Cum quidam de turba dixisset ypo magister dic fratri meo
ut dividat mecum hereditatem Indit ei homo quis me constituit iudi
cem aut divisorem inter vos Non minus foret via debita ad componen
dam pacem in ecclesia ut qui se constituunt mediatores durante huiusmodi
disceptatione acquiescerent et obedirent sacro Basiliensi Concilio generali Non
enim qui facit quod debet potest aut debet reputari suspectus vel minus
aptus ad pacem componendam nec iuste denotari debet parcialis qui
adiuvat partes iudicis ubi que recta iusticia diffinitur executioni tra
duntur Esto etiam quod non nulla pericula confingantur a quibus iuxta doc
trinam salvatoris veritas libera Sic enim Johannis viii° dicebat ihesus
ad eos qui crediderunt ei iudeos Si vos manseritis in sermone meo
vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas liberabit
vos Equidem errare non potest qui fovet debite iusticie et veritati
offertur aut ocularius inspiciendum an huiusmodi via neutralitatis sit ma
nifeste via pacis aut divisionis maioris in ecclesia dei fortassis divi
sionis qualis nunquam in tanta universalitate fuit nec per eam ut verisi
mili presumitur cito perveniretur ad unionem et pacem Sed quod ecclesia
constituitur in tres partes et quod debent referendum est partes for
males Constat enim quod ipse olim E. habet unam magnam adheren
ciam in christiana religione Equidem putet iam apparet ex his sibi hactenus
studiose practicabit cum pluribus principibus quod non obstantibus decretis
Basiliensis Concilii in eorum terra obediretur eidem Item nec et per iuramen
ta sibi constitueret plures adherentes constat quod ultra id quod con
suetum erat aliis predecessoribus exegit iuramentum a multis aliis
quam Episcopis et abbatibus in provisione facta per eum de prioratibus et deca
natibus et aliis simplicibus ecclesiarum et monasteriorum dignitatibus Consti
tuit etiam multitudinem officialium sedis apostolice in excessivo numero pri
oribus seculis inaudito tam in prothonotariatu quam in aliis officiis a
quibus exstat taliter iuramentum fidelitatis Suis autem in maladies con
cessit expectativas prerogativas et antelationes novationes et facultates
dispensationes indulta et alia quam plurima non dicitur si exorbitantiam
ut sic suscipientes obligaret ad perpetuo sibi adherendum non est facile
explicare Unde tam pactis quam aliis plurimis excogitatis viis e
videntissimum est studiose hactenus eum elaborasse ut perpetuo sibi reti
neret nomen papatus Non dicitur autem de iuramentis que exegit
super hac re a dive memorie Sigismundo Romanorum imperatore et de ligis
quas super hac re cum principibus et civitatibus ytalie dicitur fecisse Nec
si aliquem aut aliquis principum publice frequenter protestatus fuit quod
eo vivente nollet alium tenere in summum pontificem Itaque atten
cius considerare volens manifeste intuetur ipsum olim Eugenium te
neri aut reputari quod teneat unam magnam multitudinem christia
norum volencium eum defendere in statu papali Est et alia non minor
multitudo christianorum que hactenus fovit et fovere intendit sacro Basiliensi
Concilio optataque et quantum in se est intimata est agere ut auctoritas
sacri Basiliensis et aliorum generalium Conciliorum suo tempore non conculcetur

sed quod executioni tradantur veritas et iusticia quas ipm Concilium p
sequitur Hanc autem ingentem multitudinem in sacrum Concilium habet
in sui favorem Cum ex iuramentis per Reges et principes plates et alios
quam plurimos constitutis concilio tempore incorporationis ipsorum iurave
runt enim omnes fideliter laborare pro statu et honore sacri Basil concilii
no Habet etiam hunc favorem ex concessione graciarum dispensationum
beneficiorum provisione monasteriorum et ecclesiarum etiam metropolitanarum
Item indulgentiarum tam pro unione grecorum concessarum quam singulariter quam
alias Et quod amplius quia huiusmodi gratie fuerunt libere et suscipientes
specialius sunt obligati Cum non oportuit solvere anatas minuta
servicia vel alias quaslibet exactiones Nonnumquam retinet hunc favorem
quam prefati sibi adherentes aliique quam plurimi credunt sacrum Concilium
pugnare pro iusticia ipsique favendo arbitrantur obsequium se prestare deo
exemplaris Preterea racio multum inclinat fideles ad favendum sacro
Concilio quam oculariter vident quod si sacrum Concilium Basil quod deus
avertit succumberet in accepto certamine Et ipse dominus Eugenius triumpharet
actum esset de auctoritate ecclesie et fortassis de integritate et firmitate fidei
deque rectitudine morum et ritu sacramentorum absque freno namque
quilibet summus pontifex conaretur ecclesiam regere pro libito voluntatis
nec quis christianorum auderet se opponere quo tale exemplum preberetur
Quod de hoc sacro Concilio quod super hiis resistit per quasi novem an
nos triumpharet ipse G qui tam notorium scisma introduxit in ecclesiam
dei tam notoriaque et pertinaciter repugnat veritatibus fidei tam
nepharijs et multis criminibus est irretitus incorrigibiliter scan
dalisans ecclesiam Non licet extendere sermonem Sed intuentibus
evidentissime apparet quod sacrum Basiliense Concilium habet sibi firmiter
adherentem quam maximam multitudinem christianorum licet autem
ut supra premissum est non dicitur quod ista sit vel ad aliud intendatur
Sed si sunt aliqui ut dicitur a prefatis exempti ac non nullis ex ma
ioribus secularibus principibus christiane Religionis predicta neutralitas
constituetur Et tamen ipsi quam eis adherere volentes nollent intendere
mandatis et ordinationibus vel processibus sacri Basiliensis Concilij nec
ipsius domini Eugenij sed se neutrales constituere faciendo tamen in hiis
que ad fidem vel ad salutem quam in aliis quod sibi videretur nec acqui
escent iudicio sacri Basil Concilii Non dubium tamen ipsi sunt magni
domini habentes latissimam potestatem in spiritualibus et temporalibus tum acceptione
tione personarum tum concupiscentia graciarum beneficiorum et officiorum
tum penarum comminatione, tum carcerem ac etiam corporalium tormentorum
executione habere possunt quam ingentem multitudinem tam subditorum
suorum quam aliorum sibi adherentium Unde manifeste dividetur christiana
Religionis tres partes Et utinam non intelligatur de hac divisione
illud dictum apostoli christi Et septimus angelus effudit phialam suam
in aerem et exivit vox magna de templo a throno dicens factum
est Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua et terremotus factus
est magnus qualis numquam fuit ex quo homines fuerunt super terram
Talis terremotus sic magnus et facta est Civitas magna in tres

generale concilium possidet. Anathematizat namque Niceno Concilio statim post pro-
mulgacionem simboli in ipso editi subditur: Contra alienigenam veritatem
illius. Eos autem qui dicunt tempus erat quando non erat etc. anathematizat
catholica et apostolica ecclesia. Idem verbum repetitur in sequentibus Conciliis
generalibus. Unde quemadmodum dictum est, cum generale Concilium sit ecclesia
legitime congregata, Racio congregacionis nullatenus derogat auctoritati ecclesie.
Sic igitur si obediencia ecclesiastica est non secundum adinvencionem sacerdotum ecclesie
sed secundum expressam auctoritatem sacre scripture, obediencia que debetur Concilio
generali ecclesiastica proprie dici potest. Et sic videtur esse de veritate iuris
divini. Quod autem generali Concilio obediencia debeatur ab omnibus fidelibus
non decet multa allegare. Cum iste expresse sit casus sepe dicte decla-
racionis facte in Concilio Constanciensi. Et quoniam postmodum per ecclesiam de-
cisum extitit quod veritas de potestate concilii generalis universalem ecclesiam
representantis, supra papam et quemlibet alium declarata per Constanciense et Ba-
siliense generalia Concilia est veritas fidei catholice, attendant presertim di-
centes neutralitatem licitam fore si eam effectualiter observare sit in aug-
mentum vel derogacionem catholice fidei. Hactenus quippe christianus populus edoctus
est in pertinentibus ad fidem vel ad mores acquiescere iudicio sancte
matris ecclesie. Et specificando dicebatur presertim tale Concilium vel ecclesia
Romana decidat, quod nunc dicatur in predictis non esse acquiescendum nec
iudicio generalis Concilii aut Romane ecclesie, si ita continet dicta neutra-
litas notissimum est quante fluctuacioni exponeretur catholica fides. Super
illo vero verbo quod in principio dicebatur quod nunc licet animos tenere
in suspenso donec principes temporales personaliter vel per oratores suos in
unum convenirent locum. Et ibi viderent quid esset agendum, quasi non
sit tenendum quod decidat generale Concilium, sed quod videtur ipsis prin-
cipibus fore exequendum vel in alio generali concilio aut alias habita con-
sultacione suorum, non est intencionis extendere sermonem. Sed liceat
intuentibus considerare sequencia quatuor scolastica seu catholica do-
cumenta que summatim referuntur absque aliqua probacione racione com-
pendii. Primum quod ecclesia prout est magistra divinorum et habet docere et regere
fidelem populum in hiis que pertinent ad christianam religionem consistit auc-
toritative in episcopis doctoribus et predicatoribus iuris ac verbi divini et
inductis plebis et aliis curam animarum habentibus quocumque nomine appellentur.
Secundum quod corpus ecclesiasticum ex predictis constitutum est metrum ac certa
regula et mensura eorum que credere et agere debet populus christianus
cuiusque diffinicioni ac iudicio omnes fideles acquiescere obligantur.
qd Tercium est quod corpus ecclesiasticum sive ecclesia ex hiis legitime congrega-
ta in diffinicionibus tangentibus fidem vel mores necessarios ad salutem
culpabiliter errare non potest. Quartum quod ecclesia que promulgans diffi-
niciones ad fidem vel mores pertinentes culpabiliter errare non potest
est Concilium generale legitime congregatum et in libertate celebratum. Ex
hiis quatuor documentis adiuncto quod sacra Basiliensis congregacio est ge-
nerale concilium congregatum legitime, ac celebratum in plena libertate.
Quodque materia super qua dicta neutralitas intendere videtur est pertinens
ad fidem et ad mores necessarios ad salutem. Estque iam decisa per
ipsum sacrum Basiliense Concilium evidenter constare potest si licet tenere a-
nimos in suspenso donec seculares principes per se aut suos in unum

convenient locum ad superiam per ecclesiam declaratis videndum. Qui autem studiosius ad doctrinam intendit veteris et novi testamenti luce clarius videt seculares principes et quoscumque alios fideles non esse constitutos magistros et doctores sacerdotum leviticorum et aliorum qui superius sunt nominati. Sed hiis commissum fuisse docere fidem omnes gentes in universo mundo ac docere eas servare quecumque a deo observari mandata fuerint. Quam igitur ex premissis lucide adverti potest quam multiplex sit periculum in dicta neutralitate. Que omnia dicta esse intelligantur absque temeraria in ambiguis assertione iuris vel facti. Et cum omnimoda submissione ad correctionem sancte matris ecclesie et cuiuslibet melius sencientis

partes Non tamen dicitur quod huiusmodi neutralitas videretur ecclesiam dividere in tres
partes. Hec enim pars tertia que neutralitatem dicitur licet videatur magni
ponderis et fortitudinis quam habebit ut dicitur maiores principes secu
lares et spirituales in pluribus regionibus Cum tamen aut nunquam potuit
trahere in suum consensum adherentes sacro Concilio ut indicent iustum esse non
obedire sacri Concilii Etenim cum huiusmodi mandata ducantur super fidem fundari
principes et si dominentur bonis aut corporibus non tamen fidei subditorum
suorum dicit apostolus ad Corinthios 1° non dominatur fidei vestre Unde quantumcumque
per modos supra expressos vel alios compellerent subditos vel alios ac trahere
non consensum huiusmodi neutralitatis non possent Et siquidem vellent ad
exsecutionem procedere est ponere ignem et gladium in medio christianorum fortasse
tamen etiam illi qui essent adherentes ipso olim Eugenio ex predicta vel alia qualibet
causa ad assentiendum dicte neutralitati trahi non possent Et cum facere
divisiones culpabiliter sit in voluntate aut potestate hominum venire aut
taliter dispersa solius sit domine virtutis Esto quod dicto actores huiusmodi
neutralitatis dicant se hoc bono animo fecisse non diu permanendi in
ipsa sed quod primum vel in Concilio generali vel alia deliberatione habita
tenendum esse quod sentiret veritati fidei et iustitie esse conforme
Tamen quia multa solent accidere impedimenta ut bonum publicum non
tam celeriter efficiatur instigante etiam sathana qui plurima divertit
titula parerentur multi etiam corporibus allecti libertate exemptionis ad
id non tam eo animo laborarent Contingere posset ut huiusmodi tres partes diu
tius in ecclesia permanerent Siquidem qui sub olim Eugenio ipso mortuo ut
a pluribus verisimiliter presumitur eligerent successorem fortasse adherentes
Basiliensi Concilio si in illi aliquis in papam preficeretur alio mortuo in idem
inclinarent Tertia vero pars consulentium neutralitate si conaretur
alias duas gubernare iudicando eos debere tenere quod sibi videretur
esse pertinens ad salutem omnium christianorum nescitur si obediret ei quinymo
dicerent ex conscientia ad id non teneri Illa autem cum vellet intentionem neu
tralitatis in lege divina fundare hoc est quod super dicebatur quod
huiusmodi divisio esset in tres partes formales Esto autem quod tamen
deus avertat sic contingeret in futurum licet considerare de fundamentis
istarum trium partium Alia enim que sub Eugenio foret quod colores vel
fidei ratione allegate omnibus cretorum vel iustitie aut defensionis
auctoritatis sedis apostolice seu alias prepositis pendet quilibet videt De illis autem
qui adherent sacro Basiliensi Concilio dicere non est opus Siquidem ple
nus est orbis decretis et epistolis synodalibus quibus manifestatur quod
conformiter veritate fidei et iustitie hactenus et continue processit sacrum Basiliense
concilium Advertendum igitur erit illa tertia pars ecclesie consultata
tunc sub neutralitate Quo iure scilicet divino aut humano fulcitur hac
tenus non est visum allegari aliam fundationem nisi de dicto et fre
tum contento igitur an quam formetur huiusmodi divisio cogitandum est de
stabili fundamenti Siquidem in hac re tanta concernente statum
fidei et salutem totius populi christiani omnis novitas hactenus in
sueta multum esse periculosa Esto etiam quod in aliqua minima parte

+

xpiane religionis qm̄ attemptata fuerit opus attendi nō tam quod
sit sed quod fieri debet Et tedet quidem magis ne ꝓposite allegationis
si hic insererentur copiosius aliarum motiua rationum que euidenter re
monstrarent huius neutralitatem nō esse conuenies medium ad sedanda
patem ecclie Et desistitur quoniam nō creditur esse de intentione di
corum exemptorum aut principum ꝓsequi effectualiter viam huius Id
autem vltimo commemorandum est quod inter ceteros articulos damp
nate me memorie Johis huss condempnatos per Sacrum Constan
Concilium repiti dicitur vnus est Non est scintilla apparencie quod oporteat
esse vnum capud in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa
militate ecclia conuersetur, quia xpus sine talibus monstruosis
capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum me
lius suam ecclesiam regulasset Attendatur si per huius exemptos
qui ex hac neutralitate dicerent constitui nō tanquam vnum sed
tanquam plura suprema capita ad regendum ecclesiam Obicitur
prime parti dicti articuli quam oportet intelligi affirmatiue vi
delicet quod oportet esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam
quod semper cum ipsa ecclia militanti conuersetur Nec obstat quod
papa aliqn̄ moritur vel generale Concilium in quo est suprema ptās nō
semper actu celebratur Et sic quod aliqn̄ deficit illud vnum caput
aliud est namque per necessitate nature summo pontifice aliqn̄ mori
Et generale Concilium quod cum necessitas exigit aliqn̄ dissolui aliud
quod viuente summo pontifice vel actu sedente generali concilio per
quosdam asseratur non esse illi eorum obediendum tanquam supreme
ptāti ecclie Sed quod licet ꝓut eis videtur se constituere in ec
clesia plura suprema capita nō coherencia dicte ptāti supreme quo ad
ipsius iudicium et obedientiam Sed inhibencia ne in ipsorum territoriis
iurisdictionibus aut dominiis mandata et iudicia generalis concilii
debeant deportari seu publicari Nam ergo per tales dispersos per
orbem dicentes melius esse ecclesiam gubernandam Sed attende licet
contrarium possent nominari veraces discipuli xpi si contempnerent man
data et iudicia sancte matris ecclie Secundus articulus est
obediencia ecclesiastica est obediencia secundum adinuentionem sacerdotum ecclie preter
expressam auctem scripture Cum igitur iste articulus sit condempnatus
tanquam oportet intelligi quod oppositus est catholicus videlicet
quod obediencia ecclesiastica nō est obediencia secundum adinuentionem sacerdotum et
clesie sed est secundum expressam auctem sacre scripture Itaque
obediencia ecclesiastica est ex necessitate iuris diuini, nec est tantum de
iure positiuo quod sit mutabile tanquam humanum statutum secundum
varietatem temporum Huic sensui manifeste sonat doctrina apli
allegata supius Ro xiij Ideoque necessitate subditi estote nō solum
propter iram sed et propter conscientiam Cum igitur obediencia ecclesiastica sit
sit de iure diuino vtrum per quascumque intelligencias factas ab ora
toribus principum vel per appellationes aut protestationes libentur
qui obedire tenentur ex dictis percipi potest Id autem tercium est
quod obsequi generali Concilio ꝓprie dici potest obediencia ecclesiastica
Hoc enim nomine ecclia a primo initio celebrationis eorum quodlibet

Instrucciones iustificatorie [illegible] latorum
ad Gabrielem [illegible] sacri generalis Basilien.

Primo presentabunt litteras Credenciales ut moris est / et captabunt sibi diem et locum audiencie qua habita et sumpto verbo dei ac breuiter introducto prout discrecioni sue videbitur Incipient dicere quomodo Regia serenitas iam per plurimos ambassiatores litteras et epistolas informata fuit de prosecucione publice salutis tam in Reformacione ecclesie in capite et in membris quam in ceteris fidem et Religionem christianam concernentibus / in qua prosecucione hec sancta synodus tot annis ad tot laboribus impensis fatigiis et tribulacionibus huiusmodi perseueravit et fundata deo assidue perseuerat Necnon et de resistencia quam prestitit in aduersum Gabriel de Condolmario dictus olim Eugenius papa quartus

Poterunt commemorare sub compendio quomodo postquam hoc sacrum Concilium fuit congregatum pro Reformacione ecclesie quam totus orbis necessariam iudicabat et eam desiderabat Communitatesque et prelati et principes per se vel per suos in eodem Concilio quo ea que ordinata fuerunt et decreta pro ipsa reformacione prefatus G. contempsit paruipendit et vertit in ludibrium quantum in se fuit Cassando elecciones / excitando quos ligabat sancta Synodus et ligando quos ipsa soluebat Exigendo pecunias in collacione beneficiorum et dignitatum contra aduersus ipsa decreta et statuta Synodalia volens Res ecclesie Regere pro libito voluntatis sue / et non solum abusus continuare ymo et adaugere In Curia sua in contemptum ecclesie corrumpebat et ad hoc spacio congregate Laboravitque innumeris fere practicis ut concilium ipsum posset abrumpere et dissoluere in hunc finem ut reformacionem euitaret / possetque de ecclesia agere sicut vellet / sed nulla racione humana industria potuit preualere aduersus voluntatem dei qui semper ipsum concilium conseruare dignatus est

Et cum per varios modos non posset abrumpere Concilium prefatus olim Eugenius Tandem voluit hoc facere sub umbra grecorum et erigere aliud presumptum concilium in loco sibi placito atque grecos adducere in illud ut sic per hunc modum posset tandem peruenire ad finem suum quem expectabat de Concilio et decretis eius posset de ecclesia agere quod sibi videretur

Tandem oportuit sanctam synodum citare prefatum olim Eugenium pro conseruacione auctoritatis Conciliorum execucione Reformacionis Repressione sismatis quod per eum procurabatur Qui tunc non solum contumaciter obedire recusavit sed synodum de facto transtulit in Ferrariam / Casu quo procederetur contra ipsum aut contra aliquem suorum oratorum presidencium qui in Concilio fuerunt Et postquam monitus fuit quod hanc translacionem reuocaret sibi insinuando quod non Recte sentire videbatur de auctoritate conciliorum quia quasi se Iudicem constituebat super Concilium Cui obedire tenebatur Iuxta declaracionem in Concilio Constanciensi factam ipsi declaravit / Deinceps quod propter hanc monicionem et accusacionem contumacie sue / adimplete erant condiciones in translacione sue dissolucionis posite / et propterea de facto erexit aliud presumptum concilium apud Ferrariam et per [illegible] totum

orbem gravissimum scisma seminavit persecucionesque varias adversus sanctam synodum
et viris supposita suscitavit prout hec latius aperiuntur in responsione
Synodali que fuit data ~~ambassiatoribus~~ oratoribus ipsius Regis Ro-
manorum et aliorum principum preterito mense februarii

Postquam vero sancta synodus in longua paciencia et mansuetudine
sustinuit predicta et longas dilaciones tam ob desiderium pacis
habende quam propterea graviamina rogamina catholicorum principum
benigne observavit, deventum est ad hoc quod imminebat dispersio et dissolucio
huius sacri concilii propter imminentem pestem, nec poterat ulterius expectacio fieri
quando in processibus inchoatis aliquis finis poneretur pro salute ecclesie.
Nam si concilium sic fuisset dispersum et ecclesia relicta in manibus
ipsius quondam Eugenii manebat conculcata auctoritas conciliorum
fides lesa, reformacio abiecta et deinceps non erat spes nisi deus
aliud provideret quod per concilia generalia posset aliquis summus pontifex
corrigi, sed reges possent ipsi pontifices res ecclesie pro libito voluntatis
unde maxima desolacio ecclesie sequuta ~~esset~~ fuisset determinacionibus
insuper catholice fidei factis aut fiendis per concilia generalia non cre-
deretur cum illa determinacio facta in concilio Constanciensi et in isto
Basiliensi renovata sit evecti premitteretur, in qua videlicet
determinacione dicitur quod concilium generale universalem ecclesiam representans
potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cuiuscumque status
et dignitatis eciam si papalis existat statutis preceptis et mandatis cuius-
libet concilii legitime congregati obedire tenetur in hiis que pertinent
ad fidem et extirpacionem scismatis et generalem reformacionem ecclesie
in capite et in membris. Et subditur quod si quis cuiuscumque status et
dignitatis eciam si papalis statutis preceptis et mandatis cuiuslibet
concilii legitime congregati in predictis et pertinentibus ad ea contumaciter
obedire contempserit nisi resipuerit condigne penitencie subiciatur et debite pu-
niatur eciam ad alia iuris subsidia si opus fuerit recurrendo. Unde
summa necessitas movit sanctam synodum ut post longissimam
expectacionem tandem ferret sentenciam iustissimam in prefatum olim
Eugenium pro conservacione fidei et salute ac necessitate totius ecclesie et
nunc et in futurum

Et ad videndum iusticiam ipsius sentencie declarabit singula que continentur
in eadem. Primo enim dicit in eadem sentencia quod est notorius et manifestus
contumax. Cum postquam fuit citatus per concilium super excessibus et
defectibus quos et adversus divinam legem et decreta synodalia perpe-
trabat, impediendo reformacionem ecclesie quam primus amplecti et exequi
debebat, ipse nec unum servulum mittere dignatus est qui saltem coram
synodo aliquam excusacionem proponeret vel aliquam emendacionem
polliceretur. Secundo quod indicium gravissime contumacie fuit dissolvit
concilium et transtulit in Ferrariam de facto casu quo procederetur contra
ipsum aut aliquem oratorum suorum. Itaque non solum comparere dignatus est
coram iudice suo ipsum citante sed ipsum iudicem a tribunali suo aucto-

citatus abierat attemptavit. Preterea monitus ut hanc pravam dissolutionem sub pena suspensionis ipso facto infra quatuor menses revocaret et comperiretur quod si ipsam suspensionem sustineret per duos menses aliud monitorio ad depositionem eius procederetur nullatenus obtemperavit, ymo pendente dilatione quatuor mensium declaravit conditiones positas in dissolutione sua fuisse adimpletas, propter accusacionem contumacie sue et monitionem deinde factam super dissolutionis revocatione, sicque processit de facto ad erigendum aliud pravum concilium in Ferraria et demum in Florencia et infringendo decreta synodalia magis et magis continuavit nullam reformationem observans. Que omnia ipsum notorium et manifestum contumacem esse iudicavit.

Secundo dicitur quod est inobediens mandatis seu preceptis universalis ecclesie et in aperta rebellione persistens. Quod quidem tam ex predictis quam ex hiis que assidue attemptat et que scribit ad principes hinc inde manifestum est.

Tercio dicitur quod est violator assiduus atque contemptor sacrorum canonum synodalium. Quodquidem ostenditur per manifestam contravencionem quam affert adversus electiones in ecclesiis factas per exactiones pecuniarum in collacionibus beneficiorum et dignitatum per reservationes inordinatas beneficiorum et creationem patriarche Alexandrini in cardinalem per translationes episcoporum in concessione assidua gratiarum expectativarum contra decreta synodalia quin generaliter quasi omnia que pro bono communi pro salute animarum pro reformatione ecclesie in capite et in membris eciam in quorum pluribus presidens sui personaliter affuerunt et consenserunt ita contempsit ita parvipendit ut fere nullum eorum decretorum in effectualem execucionem ponere visus fuerit.

Quarto dicitur quod est pacis et unitatis ecclesiastice perturbator. Quod manifestat iam prima dissolucio concilii de facto attemptata sine ipsius concilii consensu et erectio altaris reprobi contra altare legitimum per que manifeste se ab hoc sacro concilio quod in unitate ecclesie congregatum erat separavit et scidit ecclesiam ac grave scisma fecit, totumque orbem in maxima turbacione posuit, et insuper ecclesias particulares per reservationes dignitatum contra electiones iam a multo tempore turbavit divisiones scismata et scandala in eisdem seminando, ligabatque quos sancta synodus solvebat et solvebat quos hec sancta synodus ligabat. Que omnia ipsum esse turbatorem pacis et unitatis ecclesie evidenter ostendunt ut merito sibi conveniat illud quod ait beatus Cyprianus de Novaciano in epistola ad Anthonium episcopum episcopatum autem tenere non posset eciam si episcopus prius factus a corpore suorum coepiscoporum et ab ecclesie unitate discederet et infra. Qui ergo nec unitatem spiritus nec coniunctionem pacis observat et se ab ecclesie vinculo atque a sacerdotum collegio separat episcopi nec potestatem habere potest nec honorem qui episcopatus nec unitatem voluit tenere nec pacem. Hec ille. Et loquitur ibidem beatus Cyprianus de episcopatu urbis Rome id est papatu de quo contendebat Novacianus

contra Concilium

Quinto dicitur quod est universalis ecclesie notorius scandalisator. Quod ex predictis manifeste apparet. Cum enim scandalum sit dictum vel factum prebens alteri occasionem ruine. Quanta ipse perpetravit prestando occasionem ruine fidelibus christianis per abusus excessus scismata persecutiones huius sancte Synodi et dissolutiones notorium est.

Sexto dicitur quod est notorius symoniacus. Notorium enim est iam a multo tempore quod nulli vel pauci habent dignitates pontificales vel abbaciales in curia eius expeditas quin oporteat realiter magnam pecuniam dare vel facere pactum de dando eam priusquam littere eis tradantur. Et de notorietate huius rei sunt plures testes de omnibus quatuor partibus. Quamvis eciam sit tanta notorietas et facti permanentis quod assidue continuatur ut non egeat testibus absque aliis qui in ipsa Curia per mediatores fieri dicuntur. Et adhuc quod est gravius post decretum synodale factum super hoc ipse in contemptum ecclesie corrigentis et prohibentis talia operatur in offensam divine maiestatis, perdicionem animarum, depauperacionem Regnorum et provinciarum, fomentumque et incrementum ambicionis et avaricie ac omnium aliorum abusuum et deformitatum. Istud autem vicium symonie maxime abhorrendum est in prelato ecclesie qui omnia spiritualia gratis debet distribuere secundum qualitates meritorum et statim ex expedit provisioni ecclesiarum. Unde ex hoc maxime enervatur et deformatur status ecclesiasticus per istas provisiones symoniacas. Adversus quos Christus in detestacionem huius criminis eiecit vendentes et ementes de templo.

Septimo dicitur quod est periurus. Probatur enim per litteras eius sua bulla roboratas plura continentes iuramentum suum solempniter prestitum primo ante electionem eius, deinde deinde post electionem, et tercio per suam bullam confirmatum post eius coronacionem, ubi iurat vovet et promittit quod distribuet medietatem patrimonii dominis Cardinalibus et quedam alia prout in litteris ipsius iuramenti continetur quarum Copiam defert secum Episcopus prefatus. Quod autem istud iuramentum non servavit notorium est.

Octavo dicitur quod est incorrigibilis. Quod quidem ostendunt plures ammoniciones sibi facte per diversas legaciones et oraciones super observacione decretorum synodalium eciam antequam citaretur et persevera[n]tia continua in rebellione scismate abusibus etc. Que eciam incorrigibilitas satis ostenditur ex tenore litterarum directarum duci Britanie novissime mayo et aliis multis.

Nono dicitur quod est scismaticus ordinando per erectionem alterius pretensi Concilii apud Ferrariam et deinde apud Florentiam separacionemque ipsius ab hoc sacro Concilio legitimo Representante universalem ecclesiam, maxime

Cum declaratum fuit in octava sessione huius sacre synodi presidente legato
sedis apostolice quod sicut unica est ecclesia sancta catholica sic esse non potest
nisi unicum generale Concilium Et quod quicumque ~~in~~ hoc sacro durante concilio aliam
congregationem sub nomine generalis concilii erigere aut facere presumeret non
catholice ecclesie Concilium sed scismaticorum conventiculum erigere aut facere
convinceretur Et demum subditur quod sancta synodus omnes christifideles cuiuscumque
status aut dignitatis etiam si papalis imperialis aut regalis existat
sub obtestatione divini iudicii quod in chore ~~et Datan~~ Dathan et Abiron.
auctoribus scismatis sacra scriptura commemorat admonet et exhortatur et
in virtute sancte obediencie et penis contra scismaticos a iure inflictis districte precipit
atque mandat ne hoc sacro Concilio durante aliam congregationem sub nomine
generalis concilii attemptet vel eam pro Concilio generali nominare aut etiam reputare
presumat / hec in prefato decreto Octave sessionis habentur ~~edita~~ ante
adhesionem prefati quondam Eugenii qui post hoc pure et simpliciter adhesit
concilio dissolucione per eum attemptata revocando et dicendo ipsum Concilium legitime
ab initio fuisse continuatum unde per hec notorium est ipsum esse scismaticum

Sermo dicitur quod est a fide devius / Non est enim dubium quod veritas declarata
in Concilio Constanciensi de potestate data immediate a Christo qui est veritas prima
et obiectum fidei conciliis generalibus representantibus universalem ecclesiam Respectu pape
et Cuiuslibet alterius est veritas fidei catholice Ex qua etiam dependet
manifeste illa veritas quod papa Concilium Congregatum pro hiis in quibus
obedire tenetur non potest auctoritative dissolvere etc sine ipsius Concilii consensu
et hec plures declarata sunt in decretis et epistolis huius sacre synodi manifestum est
autem quod adversus veritatis istas papa auctoritative ex certa sciencia de plenitudine
potestatis et auctoritate apostolica dissolvit hoc Concilium de facto / casu quo procederetur
contra ipsum aut aliquem oratorum suorum presidentium / imponendo penas et censuras
quantum in se erat et contra eos qui a Concilio non recederent Inhibendo
etiam ne factum Bohemorum quod tunc cum oratoribus Regni Bohemie pro tunc
Basilee existentibus tractabat concilium ageretur ultra Eugenius dicens in ipso Concilio
Et si in illis in quibus determinatio fidei catholice dicebat ipsum pape obedire
debere concilio videlicet in facto Reformacionis generalis et in facto fidei ipse dixerit
se posse precipere concilio ne in hiis ipsedem ulterius procederet // Unde
manifestum est quod in hoc a fide deviavit contradicendo determinationibus catholice
ecclesie de auctoritate Conciliorum representantium ecclesiam universalem // Et ibi bene
Remonstraretur quod fides christiana rueret si permitterentur violari determinationes
et diffinitiones ecclesie Catholice circa fidem ipsam / Cum in hiis doctrinam
ecclesie sequi debeamus velut infallibilem Regulam ut dicunt sancti doctores
Unde beatus Augustinus ait / Ewangelio non crederem nisi me auctoritas ecclesie
compelleret // Unde si iam ad hoc perveniat homines sive docti sive indocti quod non velint
sequi doctrinam ecclesie sed Iudicia Capitum propriorum illi perfecte iam fidem dimitterent / Et
qui ~~ipsam~~ ipsam fidem in uno violat totum offendit / Videtur tales iam non crederent sanctam
ecclesiam catholicam Quare summe cavendum est ne hoc pestiferum volumus adversus
catholicam fidem crescere paciatur presertim quando deprehenditur in summo pontifice
qui debet esse magister in omnibus catholicorum et cuius error posset nimium facilius

erat expediens, unde ecclesia congregata hoc dissimulare non poterit nominatim cum omni diligentia providebat.

ostendit Sanctus gloriosissimus Cyprianus in epistola ad Anthonianum cuius tenor est doctor
vt Augustinus in epistola aduersus donatistas illam allegare non erubescit qui aduersus No-
uacianum qui pro Romano pontifice se tunc gerebat sic inquit Cumque iam per omnes per
omnes prouincias et per vrbes singulas ordinati sint episcopi in etate antiqui / et fide
integri in pressura probati in persecucione proscripti, ille super eos creare alios pseudo
episcopos audet quasi possit aut totum orbem noui conatus obstinatione turbare
Aut ecclesiastici corporis compaginem discordie sue seminatione rescindere / nesciens

scismaticos semper inter vicia fervere sacramenta habere non posse, nec au-
ferre quod licite illicite reperiunt, sed statum eius prava sua emulacione deserere
cum et si vere episcopus fuisset, quia ex hoc commisit a vero sacerdocii se collegio
separat, episcopus manere non posset. Qui ergo nec coniunctionem pacis et unitatis spiritus
observat et se ab ecclesie vinculo atque sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest
habere ~~potest~~ nec ~~potestatem~~ honorem, quia episcopatus nec unitatem voluit habere nec pacem.
Hinc quidem textus Gratiani refert, non tamen ex integro, quin recitat quomodo tangit eum
puniri posse qui vere dici posset Romanus episcopus vii q. i c. Novacianus, et ibi vide.
Secundo et ut tibi innotescat ferante erexit nephandissimum conventiculum, ex quo
scisma pernitiosissimum introductum est et sancte ecclesie difficulter extricabile scandalum.
Quid igitur adversus dividentes unitatem sancte ecclesie Canon Calcedonensis Concilii
referente Pelagio papa statuit, certe deposicionem sine spe restitucionis, quod quis si pla-
cet audire et refero Gratiani textum xxiii q. v c. Non vos qui sic transfert:
Quisquis ergo ab apostolicis divisus est sedibus, et contra alias ecclesias altare
conatur erigere, in scismate eum esse non dubium est. Notandum igitur textum
non dicere ab apostolica sede, que Romana est, sed ab apostolicis sedibus, quia ipse inde
voluit separatum ab unico collegio sedium omnium apostolorum, quos omnes non pro solum
papam sed pro omnes episcopos reputari certum est, ut Augustinus inquit et Gratianus
transfert lxxx di. c. quorum vices, et aliis plerisque locis, quorum etiam omnium colle-
ctorum vices generalis synodus tenet, et est textus singularis Tiburiensis Concilii ii q.
v c. Siquis presbiter, cum cardinalium loquens de scismaticis sic inquit: Cum dominus dicat in ewangelio
dicat discipulis suis, quorum vicem nos indigni gerimus, ecclesia etc. Deinde subdit textus in
dicto c. non nos, sed quid de talibus iustius in Calcedonensi Concilio Canon statuit
gloria vestra consideret, ubi presbiter alia sic dicit: cum communione scienter se suspendit
et collectam facit et altare constituit, et noluit vocanti superintendenti obsecundare,
noluit eidem acquiescere primo et secundo vocanti, omnino synodo dampnari nec umquam
vel curam mereri nec recipere eum posse honorem. Tercio in scandalum universe
ecclesie, obprobrium sancte synodi saluberrima decreta edita ad animarum salutem
et ecclesie reformacionem servare presumptuose contempsit. Quid igitur ex hoc meretur?
Certe singularis glosa ii q. vii c. sacerdotes et i c. generali de elec. li. vi dicit episcopo presumptuose
sacros canones synodales non servanti licite obedienciam posse subtrahi, quod si dicatur
illam ad pontificem inferiorem, non autem summum referri, video manifestam sentenciam
beatissimi Petri apostoli, quam sibi ipsi dictam refert beatus Clemens in epistola ad Jacobum
dum a Petro in suum successorem ordinaretur. In secunda enim eius epistole pagina sic inquit:
Si enim mundialibus curis fueris occupatus, et teipsum decipies et eos qui te au-
diunt, non enim poteris que ad salutem pertinent plenius singulis quibusque distin-
guere, et ex hoc fiet ut et tu tamquam qui non docueris que ad salutem hominum pertinent
deponaris et discipuli pro ignorancia pereant etc. Si ergo beatissimus Petrus depo-
sicionis sentenciam dictat in non docentem que ad salutem pertinent, quanto magis et
in non docentem et in non servantem ea que tamen ad salutem hominum et ecclesie
pertinere et sancta synodo didicit, nec illa Clementis epistola obscure notare est.

que integra habetur in eo volumine quod librum Conciliorum Ysidori nuncupant ex ea quoque plurima in decreto transfert Gracianus ut patet xl. di. c. Si inimicus xi. q. iii. c. Quicumque et c. Si inimicus xi. q. i. c. Requirendum et c. Sicut eiusque si dicitur illam beati Petri sedem refragari textui c. Si papa xl. di. dum dicit ipsum a bono taciturnum et sic a docendis que ad salutem pertinent iudicari non posse, etenim dicit debere diligenter adverti imperitos quod dicit textus sic si culpas istas pape redarguere presumunt nullius mortalium. Unde novissime textum excludere ab ipsis summis mortalibus homines, non autem ecclesie commisse in sancta synodo reputate que inmortalis est. Ecclesia enim universa et apostolica sedes numquam moriuntur et illa esse non putat ff. de rebus dubiis l. Intentio et c. universitatis, xxiiii. q. i. c. Pudenda ad finem xii. q. ii. c. Liberti de verb. sig. c. Si gratiose li. vi. Et hec notandissima declaratio est ad illud vulgare c. Si papa. Quarto ex hiis omnibus inficiari non potest quoniam notorie et incorrigibiliter dei scandalizet ecclesiam. Quid igitur aliud concludit vulgaris et approbata glo. in dicto c. Si papa nisi eo casu summum pontificem accusari et iudicari posse. glo. autem singularis ii. q. vii. c. Sicut inquit approbata et autem tertia dicit Concilium generale ipsum iudicare debere hiis in casibus in quibus iudicari potest. Si igitur catholicus populus et constantissime princeps papali deposicioni si facta foret hiis ex causis evidentissime parere deberes, cur non suspensioni que minor est pena et que non punit sed medetur ut eo medio videlicet Romanus pontifex obedientiam sibi subtrahi singulorum citius reconcilietur ecclesie. Ipse et saluti animarum intendat. Et ut id tibi persuadeam, mero quasi per omnia verba textu de excep. c. Pia li. vi. et pulchrioris xc. iii. di. Si Christum inimicus dicit inquit Sicut te vos ab eo adversus quem competentem sententiam ecclesiam et cum illa non communicat, nec vos coercere ut qui in culpa est, dum turpiter omnem vestram auctoritatem aut subiectionem habere citius ecclesie que omnibus prest reconciliari sustinet, et per hoc redeat ad salutem tum obedire tenetur moniti presidentis. Amen

Primus sermo compositus per d. p. dominum L. de urbe ad illustrissimum principem dominum ducem Sabaudie deinde in effectu etiam ad inclitam universitatem Coloniensem. Necnon etiam ad universitatem Lovaniensem. In quo primo ostendit quod non potest solus papa generalia Concilia dissolvere quoniam ad eum non statuere congregato Concilio pertineat generalium Conciliorum. Secundo demonstrat quod ipsius apud ipsum maneant. Tertio propter hoc non debet vacillare firmitas Basiliensis Concilii. Quarto hortatur eundem ad prestandum ei Concilio plenam adhesionem.

Illustrissime princeps ac Religiosissime princeps Sancta universalis ecclesia auctoritate divina per sacram Basiliensem synodum representata salutat vestram sublimitatem et benedicit

Sacre dei omnipotentis p nos humiles et indignos nostros suos tras putes dignet
sublimi glorie vre. quibus p lectis vos audire petimus et demum que iusta et san:
cta petitur fuimus exaudiri

Destinatis pridem tue sublimis excellencie et ad tuam devotissime Orato:
ribus clarissimis ac eloquentissimis ad Sanctam Basilien Synodum duo eidem
apta sunt. Primum gloria excellencie tue in suis Oratoribus nedum disertissie
ac scientissime. sed prudentissime omnem tui animi voluntatem ita occurrencia
in fluctuanti ecclie differentibus quod et si gla patris sit filius sapiens non minus
principis gloria est Orator eius tractissimus districtus et prudens Vt ex glorioso
Ieronimo transsfert Gracianus xcv di. i c Esto subiectus Nam idem verbum sapientis
in parabolis c xxiij dicentis Exultat gaudio pater Iustus qui sapientem
mittit letabitur in eo Anima quoque principis fideles eius legati faciunt in domino
requiescere Iuxta illud ^[eiusdem] Sapientis eodem ope xxv dicentis Sicut frigus nivis
in die messis Ita legatus fidelis ei qui misit eum quia aiam eius requiescere
facit Scdo tue sublimitatis prudentiam singularem cum hoc in tempore quo
fluctuat navicula btissimi petri, nolens in re tam gravi absolutum in teipso fe:
rre iudicium et inconsideratam precipitare sniam Sed ex Oratoribus tuis ad
sanctam Synodum quoque ad dnm Eugeniu destinatis, eorumque relacionibus diligenter
ambarum partium Iura rimari cum teste legislatore merita causarum non unius
sed ambarum partium assertione pandantur C si quis vel alio vero l. si de in
inte. resti. tu ex lris Quippe instructus et Btissimi Grego sma tussata per
Gracianum xj. q. iij i c Grave xxxiij di. i. c Iusse dicentis In ambiguis rebus
absolutum non ferre debere Iudicium, grave etenim satis est et indecens ut in re
dubia precipitanter detur certa snia, (Tercio per nos videt ipsa Sancta Synodus
glorie tue in agibilibus agibilibus astuciam et circumspectionem non mediocrem, cum
non solus deliberacionem ex te in tanti negocijs captandam librare prim, demum or:
bi manifestare volueris sed quia imitari voluisti prudencie tue tum ex omni dicione
tua, elegisti viros probatissimos nedum sciencia clarissimos. sed rerum gestarum longa ex:
periencia astutissimos quorum Concilio universa in re hac concludere et tractare
Recordatus es doctus Sapientis pabo xiij. dum dic astutus omnia agit cum consilio
qui aut stultus est aperit stultitiam suam ad quod eciam quod bellissime innuit Iustinianus
Imperator C de legi. l. humanum sic inquiens semper cum cognoverimus quod cum vestrorum
procerum consilio fuit ordinatum id ad beatitudinem nri Imperij et nram gloriam
redundare et alibi idem dicit dubium non est omnia ~~tamen~~ ^[que] que cum consilio recte
geruntur Iure merito effectum sortiri ac firmitate muniri Meminisse quippe
veritatem que a pluribus senioribus queritur facilius inveniri vt cos decet
tex xx di c. de quibus cum et per amplissimos homines perfectissima veritas

reueletur dic Imperator C de fide i[n]strumentorum l. si. Et tanto grauius est iudicium quanto plurium sentencijs confirmatur et comprobatur ar[gumentum] ff. de offi[cio] dele[gati] c. prudenciam iuxta verbum sapientis primo parabolarum Cum sapiens sapientes audiens sapiencior erit et transfert consistorium xxiiij q. vj. i c. fides ad finem Et ibi salus habundans est vbi sunt multa consilia iuxta parabola sapientis c. xj. Dissipantur cogitaciones vbi non est consilium vbi uero plures sunt consiliarij confirmantur prover. xv. Accipiet igitur primum excellencia tua declaracionem dubij occurrentis quod tale est
+ An Romanus pontifex vniuersalem synodum pro fidei causis seu scismate aut ecclesie reformacione pendente pro sue solius libito voluntatis dissoluere vel transferre Et circa talitur incipio

Generalium conciliorum conuocacio vt in Canonibus sanctis continetur ad Romanum pontificem triplici ex causa dinoscitur pertinere Prima quia ipse inter orbis pontifices primariam obtinet dignitatem xxij di. c. Constantinopolitane et c. renouantes et in aut. de eccle. titu. circa principium et in aut. ut ecclesia Romana centum an. gaudeat spacio circa principium C. de sa[crosanctis] ec[clesiis] l. Jnterclaras ad eum autem qui maioris est dignitatis in ecclesia pertinet particularis capituli conuocacio si ecclesia particularis sit ut not. Inno. de ma. et obe. c. j. et Bar. ff. de albo scribendo l. j. Ergo pariter ad eum qui maioris est dignitatis in ecclesia vniuersali pertinet vniuersalis xpi collegij conuocacio ad hoc quod videmus ad Metropolitanum qui primus est in particulari prouincia pertinere prouincialis concilij conuocacionem xviij di. i c. si episcopus et c. Siquis episcoporum et c. propter ecclesiasticas Ergo pariter ad eum qui primus est in vniuerso pertinere debet vniuersalis synodi conuocacio
Secunda racio est Ne scisma ac diuisionem in ecclesia oriri contingeret si apud quemlibet ex minoribus ecclesie pontificibus conuocatiua auctoritas resideret Posset enim contingere ex ipsis quemlibet eorum tempore Concilia conuocare que quilibet ex hijs vniuersalia diceret et sic vnica atque indiuisibilis ecclesia xpi rumperetur Ne igitur scisma ab Jnicio fieri presumatur in ecclesia absque vocacione aut exercatur absque dampnacione igitur vni conuocacionis auctoritas esse commissa hac racione reddit textus ij q. vij. i c. eisdem Adidem optima constitudo auctoritatis cuiusdam beatissimi Jeronimi qui i li. j Jouinianum c. Incipiente sed mihi nobis de Canonicis omne certamen esse tecum queritur quare inter apostolos xij xpus petrum primum fecit sic ait at dicis super petrum fundatur ecclesia licet id ipsum in alio loco super omnes apostolos fecit et cuncti claues regni celorum acceperint et ex equo inter eos fortitudo ecclesie solidetur tamen propterea inter duodecim vnus eligitur ut capite constituto scismatis tollatur occasio hec ille Adidem tex. ipsius beatissimi Jeronimi ad Euandrum presbiterum que translata per Gratianum xc iij di. i c. legimus sic scilicet quod autem vnus postea electus est qui ceteris preponitur In scismatibus

remedium factum est ne unusquisque ad se trahens ecclesiam Christi rumperet /
Ad idem tex. xc v. di. i c. olim ibi dum dicit in toto orbe decretum est ut unus
de presbiteris superponatur ut scismatum semina tollerentur etc.

Tercia racio quia et cum sint pontifices plurimi reprehensibiles qui irracionabiliter
dediti voluptati / non querentes que Jhesu Christi sunt negligentes ad synodum vlem
attendere curent expediens est ut quos dei timor ad bonum non potest attrahere
attrahat saltem severitas discipline / et igitur necesse fuit illi auctoritatem
convocande vlis synodi attribuere qui in omnes ecclesie pontifices coherciuam
habeat potestatem / qualis est Romanus pontifex quod ut asserit beatus Gregorius
xxi q. vi c. si … xx ii di. c. de constantinopolitana / Et etiam patet ex pluribus
contrariorum canonibus quos in tractatu de vlis synodi potestate plene refero /
ad hoc ut si pontifices ipsi ad synodum venire recusaverint virtutis amore
venire compellantur formidine pene. Hac quidem racione ad Symachum papam
cum de criminibus quibusdam impeteretur pro illorum decisione synodi
que in actu non erat convocata pertinuit convocacio ut dicit tex. … Concilium referens
xvii di. § ecce / quod si ipse Romanus pontifex in casu quo ecclesie expediens foret
generalis synodi convocacio requisita noluit aut dolose neglexerit convocare tunc
et ad inferiores gradatim convocacionis transfertur auctoritas adeo quod et forte
deferri usque ad precipuum principem secularem / quin immo et si synodo congregata
Romanus pontifex eius ve legati ad ea que fieri oportet venire recusent com-
petenter expectati atque ille legittime requisiti potest sine ipsis synodus diffinire.
Hec quidem per ordinem probantur. Et primo ex non … xviii di. i c. provinciis
archiepiscopis ad quem pertinet provincialis concilii convocacio si negligens fuit
provincialis concilii convocare aut mortuus extiterit penes inferiores gradatim
residere concilii convocacionem. Ad idem in sexto tex. de elec. c. ubi periculum § idem quod
li. … ubi expressum est sede vacante papali collegium cardinalium non posse potestatem cudens
papalem ubi tam grande atque imminens periculum in ecclesia immineret quod illi videretur
celeriter succurrendum / Secundum vero probatur lxv di. c. si forte qui ca-
non Sardicensis concilii est dicens quod si cum ad pontificem pertinet convocare pontificum
convocacio ipse in convocacione negligens extiterit ad populum cuius potestas hodie in
principe est translata pontificum pertinet convocacio. Hac enim absurdum tolleratur
si ut seculares facultatem habeant ecclesiasticos convocandi ut evitetur absurdi-
us quod insurgeret ex defectu convocacionis illatum ecclesie imminentibus discriminibus
providendo / Tercium vero probatur ex gestis Constantinopolitani synodi
octave in allocucione quadam Thome metropolite Tyri ad synodum facta
incipiente … ecclesiastice victorie … patentibus etc. Cuius ad propositum
verba hec sunt Cum hii qui putabant advenire atque convenire a senior

Roma sanctissimi pape vicarius circumspecte ecclesiastica cupimus dissolvere concilia
propter quod et nunc usque perseverantes illorum prestolamur adventum quorum non multa
facta est tarditas et suspicamur ex tirannica potestate propter tantam moram multas
nobis supervenituras calamitates atque necessitates primo nos et totum nostrum genus
christianorum propter talem causam submittendum variis temptationibus. Nequaquam esse
tempus a Roma venire putabantur expectare iustam putamus, sed superfluum et
supervacuum arbitramur esse presertim cum ea que Rome regulariter ac sy-
nodice gesta sunt pre manibus habeamus. Ita ut hec constet nos una nobiscum
esse beatissimum papam Nicolaum per literas suorum vicariorum, adhuc et nunc et successorem
eius beatissimum Adrianum papam per proprias epistolas suas et Christum dominum nostrum per eternam
tamquam per vicarium vocem locum convenienter arbitramur et credimus. Nec non et
apostolum Paulum et reliquos omnes apostolos et prophetas atque doctores. Ipsi ergo
habentes nobiscum beatissimum papam Nicolaum, et sanctissimum papam Adrianum inceptum
et incorruptum divino putamus despicere fluctuantem Christi et salvatoris nostri ecclesiam
per dilationem suspicionis que illis debetur etc. Hec ibi. Item legimus in gestis synodi
2e Ephesine cum destinavit ad Julium episcopum, ylarium diaconum et dulcitium notarium
oratores Leonis pape eis notificavit que in postcrastino die synodus sedere vellet
atque igitur veniret, quibus non advertentibus Thalasius episcopus Cesaree Capadocie
prime hoc dixit: Si remoratur nos in hac civitate, multam lesionem omnibus religiosi-
ssimis et sanctissimis episcopis et sanctis ecclesiis affert, et non hoc solum sed et piissimus
ac et amicus Christi imperator accelerari vult synodi finem. Ut cum omni utilitate
ea que decreverunt agnoscat. Quia igitur quod decuit et convenit sancte synodo hoc
factum est, commoniti sunt per eos qui directi sunt hii qui locum tenent sanctissimi
et deo amicissimi Leonis archiepiscopi et refutaverunt convenire nobiscum, arbitror non
esse necessariam dilationem, sed si placet sancte synodo nunc ultima ea que ad morem
pertinent producantur etc. Hec ibi. Ex hiis igitur apparet legitime intelligi universalem synodum
congregatam procedere, et si auctoritas deficiat Romani pontificis, cum tamen ipse ut invitatus
sic requisitus denegat vel expectatus adesse negligit, quia si interesse voluit ac
potuit non universale concilium sed conciliabulum illud diceretur quod sine eius auctoritate
fuerit celebratum. Ita intelligendus est canon c. Synodum cum pluribus sequentibus
usque ad c. illud, atque cum aliis similibus infinitis xvii di.

Quod si queratur an synodum legittime congregatam pro fidei causa
seu scismate aut ecclesie reformacione posset ipse Romanus pontifex solus dissol-
vere vel transferre pro libito sue voluntatis, dicendum arbitror firmissime
quod primo ad ipsam synodum in qua papa includitur [illegible] dispositio pertinet,
hoc autem inferioribus racionibus demonstratur.

Prima quia ponatur synodum esse congregatam pro persona Romani pontificis reformanda per eundem, preterea quoque cognitis ad synodum pertinentibus procedendo ratione si in pape facultate sunt dissolvere synodum vel eius mutare locum erit conter in eius arbitrio an corrigi debeat seu reformari et sic semper sine libere facultatis erit iudicium subterfugere certe sic, quod quam sit absurdum declarat ratio legis dicentis esse non debere in facultate rei electionem loci ubi debeat conveniri posita in l. non utique ff. de eo quod certo lo. per hec verba: si quando in proposito cum quis promisit Ephesi aut Capue si fuerit in eius arbitrio ubi ab eo petatur conveniri non posse, semper enim alium locum eliget et sic veniret ut sit in eius libero arbitrio an et quando debeat conveniri vel solvere quod perabsurdum est etc. et hec ibi.

Secundo sic si diceremus pape de criminibus apud synodum delato semper fore facultatem synodi dissolvere vel eius locum transferre et consequenter synodale iudicium declinare, peccatis sibi semper dabitur causa de impunitate certe scilicet si in aliquo est conveniendi vel aliud noviter committendi. Igitur ne hec contingat absurditas negari debet fore in eius arbitrio synodum dissolvere vel transferre, qua ratione negat iurisconsultus legatis qui legationis tempore eo loco ubi legati sunt quicquam aliqua ex causa ceperint possidere exceptionem fori declinatoriam competere quominus iudicium subire teneantur. Legis autem ratio hoc dicitur per hec verba concipitur, scilicet aliter enim potestas dabitur legatis sub hac spe res alienas domum afferendi etc. Habetur hec lex ff. de iudi. l. si legatus.

Tertio sic si papa apud synodum ob delatum de eo crimine reus est non solum civili sed etiam naturali iure conveniens est ut synodus a papa sibi subiecto ad locum ad quem papa vult pro cause cognitione vocatur, sed econtra conveniens est quod papa vocetur a synodo ad iudicium loci quem synodus ipsa elegerit. Hic est textus expressus C. de epi. et cler. l. omnes pene cuius verba sunt hec: nullus in posterum viris clarissimis provinciarum rectoribus ad loca in quibus militares persone consistunt conveniendi propter percunctandi necessitate penitus imponenda, cum non solum legibus verum etiam naturali quoque iure conveniat quos res exegit iudicialibus ad iudicium vocari sinere et non ipsos iudices quod dictum iniustum est ad subiectos deduci etc. hec ibi. Idem ff. quis ordo in bo. poss. servetur l. ii in § si preses.

Quarto sic si papa synodo delatus posset pro libito voluntatis synodum dissolvere vel transferre, per quos facultatem haberet etiam ulciscendi pluralitatem quod enim si ad unum locum sue deditum voluntati transferret in quo pres

Justo metu ductos compelleret ad sibi placita quamvis iniqua statuenda. Igitur
quis est ut in eius facultate esse non debeat dissolucio vel translacio, ad hoc
dictum eleganter glosator xl. di. in c. Si papa dicentis quod ideo non potest papa statuere
non posse eum de heresi accusari quod ex hoc universa periclitarentur Ecclesia obmitto
multa hoc vulgaret raciones quas in tractatu de potestate Romani pontificis
dissero que habent Papam id non posse ex quo scandalizatur deformatur
decoloratur aut perturbatur vlis Ecclesia
Quinto ponitur apud synodum papam in fidei cause extitisse delatum
modo non esse dubium quod xpus ipse fidei causae per os synodi iudicat modo si
in Pape facultate consistat synodum posse vocare ad locum sibi placite
voluntati, certe iniquum ad locum pertinet xpus ipse cuius vices synodus te-
net non iudex sed reus foret quod quidem nec considerare quivit nec lo-
licet. Ut autem hoc verum fore cognoscat quis audiat tex. beatissimi Ambros.
xxiii q. viii c. Convenior sic ad propositum dicentis: In consistorio non solet
xpus reus esse sed iudex causam fidei in Ecclesia agendam quis abnuat +
Secius considit qui veniat etc. Hec ibi.
Sexto si pro quarta in hys que reformacionem continent in scismate extirpando
in causa fidei tuenda synodus iudex est etiam quo ad personam igitur pariter
etiam iudex erit quo ad loci electionem ubi debeat causa agitari ad instar
episcopi qui iudex est ordinarius in tota sua dyocesi atque facultatem habet
in eadem locum ubi pro tribunali sedeat eligendi dicit tex. de offi. or. c. Cum
episcopus li. vi^o. Et si in electo loco aliqua ex causa commode nequeat causa ipsa
tractari etiam in ipsius synodi iudicis arbitrio fore debet loci mutacio. ad
instar iudicis alterius ordinarii vel principis delegati cum facultatem premissam
iuris communis concedit ut de ordinario tex. est de fo. compe. Clemen. i. de
delegato vero in c. Statuimus de offi. dele. in vi^o. Et si cui cum est in causa iuris-
dictio super omnibus que ad causam spectare noscuntur et sic super locum iudicii ple-
nariam recepit potestatem dicit tex. de offi. dele. c. pe.ra ff. de iuris. om. iudi. l. cui
iurisdictio data sit.
Septimo Quid si papa in causa fidei synodo inferior ad synodum fidei
causam tractandam finiendam quod remittat prout nodinus pontifex egit in
tractanda pariter concordie unione, racione quod per remissionem agit pontifex irri-
tum esse certe sic. Et hoc verum sit demonstrat tex. de offi. dele. c. licet de appell.
c. Cum appellacionibus frivolis li. vi. ii q. i. c. Rome iii q. vi c. multum stupeo
C. de appell. l. ex illo ff. c. ti. l. ad principem et l. ad imperatorem quorum omnium
ista summa est. si inferior cognicionem seu sinat post eius remissionem negocium
ad principis fuerat translatum examen censeri debere irritum et inanem.
Octavo modernorum Conciliorum scilicet Pise et Constancie canon prohibuerunt

ad perpetuam futurorum utilitatem atque auferendam Romani pontificis malignandi occasionem ipsum sine consensu dictorum patrum synodi synodum dissolvere aut mutare non posse non est autem dubium quod que ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem per Romanum pontificem nulla valent commutatione variari dicit tex. xxv. q. i. c. que ad perpetuam et cum ea ipse destrueret que synodus rite decreverit non constructor sed eversor fore comprobaretur dicit tex. xxv. q. ii. c. si ea Non est autem dubium Romano pontifici potestatem non ad destructionem sed ad edificationem fore concessam iuxta beatissimum apostolum Paulum ii ad Cor. x. c. ubi dum dicitur Nam et si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate mea mea quam nobis dedit dominus in edificationem et non in destructionem non erubescam etc. Quinimmo hac racione notabiliter dicit Nicholaus xix di. c. Nec autem ipsum sine iusta causa sui predecessorum nedum synodi constitutionem verum statum ecclesie continentem immutare non posse omnibus enim modis ecclesiastice discipline conveniens est ut que racionabiliter ordinata fuerint vel decisa nulla imposterum debeat refragacione turbari xxxv. q. ix. c. omnibus et c. licet xxv. q. ii. c. Ecclesiastice Unde beatissimus Gregorius ea causa et q. c. quod vero sic dicit Absit hoc a me ut statuta maiorum consacerdotibus meis in qualibet ecclesia infringam quia michi iniuriam facio si fratrum meorum iura perturbo etc. ergo multomagis si synodalia. Idem autem dicit tex. vi. q. iii. i. c. et bene et in c. Cum pie xxv. q. ii. § ut quod bene semel constitutum est nisi forte ubi maior est auctoritas non debeat violari etc. Intelligi debet quoad maioritatem auctoritatis generis iustitie cause per predicta

Secundus autem sic arguit Solus papa potest verum synodum convocare ergo pariter solus illam valet dissolvere Dicendo hoc verum non esse ubi inter convocacionem atque dissolucionem adest diversitas racionis hoc verum esse probat similitudo que est episcopum sacerdotibus ac ministris solum honorem dare posse sed solum auferre non posse xv. q. vii. c. Episcopus de translatione c. Inter corporalia. Huius autem racionem ponit notabiliter tex. xv. q. vii. c. Sexta actione sic dicens Multi sunt qui indiscussos potestate tyrannica non auctoritate canonica dampnant et sicut quosdam gracia favoris sublimant ita quosdam odio invidiaque humiliant et levi opinionis aura deiciunt etc. Ita igitur in proposito quamvis solus pontifex posset verum synodum congregare non tamen valet illam solus dissolvere ne contingat ipsum illam odio invidiaque dirrumpere et non canonica auctoritate sed tyrannica potestate dissolvere prout de facto videmus

Secundo arguit quia sic Nullus est tante auctoritatis ut possit invito principe ad convocandos presbiteros ceterosque proceres concitare dicit tex. Formales leges que canonisata est xi. q. iii. c. Dum ... § ad hoc sanctimus si quando sequitur

cuiter videtur nullum tante auctoritatis existere posse ut invitum principem cohercare possit ad synodum ipsam convenciendam. Solucio quia falsa est, quia textus ex quo antecedens sumitur loquitur cum apud principem agitatur privata causa. Hic enim non iure est ut quis eum cohercet invitum ad pretextus convocandos sine quibus causam illam valet decidere cum ipse censeatur in trib. lex omnia. dicit tex. in auctoritate de consuli. ad fi. et omnia iura hec censetur in scrinio sui pectoris de consti. c. l. li. vi. C. de testa. l. omnium. Ubi vero causa est que concernit salutem ecclesie universalis ut causa fidei vel scismatis, ipse synodum convocare tenetur ut igitur ad id valet cohercari dicit glo. sum. xix. di. in c. anastasius. Illud autem postremo omnes sine volumus quia et si actu maneat ulla synodus congregata, ad ipsam non solum ad pontificem pertinet alterius synodi future convocacio vel electio. Hoc manifestissime demonstratur ex textu actuum xv. c. ubi patet quia cum crescente numero discipulorum factum esset murmur adversus Hebreos eo quod despicerentur in ministerio cottidiano apostoli, etc., convocaverunt duodecim multitudinem discipulorum pro habendo super huiusmodi concilio etc. Ergo manifestissime quia concilii convocacio non soli Petro sunt attributa sed omnibus duodecim quorum vices episcopi in ecclesia gerunt. Ex dictis huius sancte synodi apparet iustificacio manifesta.

v. ...nitas ecclesie consistit in hiis. Primum in fidei concordia. Hic est tex. xl. iii. di. in c. Sit rector, sic dicens: quia cum per malapunicam unitas fidei unitas designatur. Nam sicut in malo punico uno exterius cortice multa interius grana uniuntur, sic innumerosos sancte ecclesie populos unitas fidei coniungit et complectitur. Ad idem vii. q. i. in c. Nichil. Secundo in sacramentorum societate et communione, et hoc complectitur cum granis simul et paleas, idest cum bonis simul et malos. dicit tex. de conse. di. iiii. c. Est unitas. In ipsa autem fide et sacramentorum unitate nil officit sancte ecclesie diversa consuetudo dummodo sit approbata. dicit tex. de conse. di. iiii. in c. de trina. xii. di. c. Sit sancta. Tercio eciam consistit in pace et individua caritate ac dilectione. Hic est tex. de conse. di. ii. c. Cum passus. dicit enim: Estote vos diligentes tenendo unam fidem, unam spem, individuam caritatem. Ad idem xxiii. q. iiii. in c. quia ipsa unitas, dum dicit: Commune dum est unitas corporis Christi remanet non solum in sacramento altaris sed in vinculo pacis. Quarto quidem consistit in membrorum ecclesie individua colligacione et conglutinacione. Ad hoc xxiiii. q. i. in c. Scisma, dum dicit: Non ergo unitati communicat qui scismati communicat partem se ipsi faciens et ab eo quod unum est se ipsum segregans. Et alibi melius dicitur sic: Illi vero non habitant in unum qui fratrum se solacio subtrahunt aut quod

deterius est fratribus insidias seu laqueos ponere dicit notabilis tex.
in c. xl in c. Nulli dubium

Cum igitur Romanus pontifex Basilien. dissolvisse Concilium propter
scisma vitandum prothdolor in illud incidit cum non servans ecclesie uni:
tatem eius pacem violaverit per erectionem Ferarien. conventiculi a
membrorum ecclesie hic representate individua colligatione se separans divisum
a vitate fidei in Constancien. Synodo declarata sentire videtur dum asserit
Synodum congregatam quo ad eius correctionem non obtinere legittimam
potestatem si volebat ut dicit scisma vitare debebat suorum predecessorum ex
empla sectari Primum leonis pape qui audiens quod mali quidam in eum gra
via crimina finxissent non erubuit in conspectu ecclesie se purgare ii q. v.
in c. Auditum Secundo Sixti qui cum audiret se criminari et iniuste per
sequi a quodam Basso nomine apud Synodum congregatam cum magna
examinatione se purgavit volens omnem suspicionem effugere Tercio
Damasi pape qui cum a subditis de adulterio extitit accusatus in Synodali
puta cum xl iii Epis se purgavit Ut ex sermone transfert Gratian ii q.
vii in c. Nos si incompetenter. Sequitur in sermone Quarto Pelagii qui non
Synodo solum sed Ildiberto Regi christiano ubique confessionem fidei quam
tenebat exposuit ut de eius persona nullius deinceps suspicionis resideret
occasio Ut tex. xxv q. i in c. Satagendum Quinto Petri cum conspectui
apostolorum delatus extitit quare iniisset ad viros preputium habentes et man
ducasset cum illis Respondens legittime se purgavit ut scribitur Actuum xi
Unde beatissimus Gregorius cuius verba transfert Gratianus ii q. vii in c. Petrus
dicit Petrus potestatem regendi acceperat et tamen idem apostolorum primus que
rimonie contra eum a fidelibus facte cur ad gentes intrasset non ex potestate
officii sui quam dicere posset Oves pastorem suum non accusant nec repre
hendant sed ex auctoritate divine virtutis qua gentiles acceperant spiritum sanctum
rendit rationem quasi dicat licet hoc aliter ibi Gratianus exponat et non recte
cum papa ex aliquo catholicos notorie scandalisante defertur prout id
erat quod egerat Petrus non debet Iudicium declinare pretextu officii pasto:
ralis sed alia ratione quod egerit excusare prout Petrus fecit
Sexto beatissimi Gregorii qui translatus per Gratianum ii q. vii in c. Siquis
sic dicit Siquis super hijs nos redarguere voluerit veniat ad sedem apostolicam
ut ibi ante confessionem beati Petri mecum iuste decertet decertet quatenus
unus ex nobis suscipiet suam sententiam etc. Hoc est dicere veniat ad conspectum
ecclesie quam Sedes Apostolorum et sibi succedentium representat in ipsa Ecclesia ...

tribunal xpi metu juste decerret petrum cum non est passus xpm
prophetam estimari sed dei filium docuit sua fideli confessione significari dicit
textus xx iiij q i in c. Si petrus inquit. Non est autem dubium xpm in medio
fore Synodi generalis ut ex eius auctoritate liquescit dum dicit Vbi duo vel tres
congregati fuerint in nomine meo ego sum in medio eorum etc.
Ceterum si de presidente Ecclesie in lucem exigerit mala fama ne contra
apostolicum infirmorum corda ex hoc poniantur et ne vituperetur ministerium
eius ne ne securior consistens ex impunitate concessa in peccata licencius
ruat ne debet se legittime expurgare ij q v in c. Si mala fama
prolabatur debet se legittime expurgare ij q v in c. Si mala fama
de adulte c. Significasti / Si Synodum ad corripiendum Romanum pontificem
congregatam semper eidem valeret pro sua voluntate dissolvere sub colore
cuiuscumque allegate cause scilicet scismatis evitandi ludibrio atque inanissimum declarasset
magna Constanciensis Synodus in hijs que pertinent ad reformacionem Ecclesie
capitis Synodum fore pape superiorem cum semper eius cause colore Syno-
dale judicium declinaret et de impunitate securius licencius in peccatum laberetur
quis ergo tunc locus regiminis poterit esse tutus quis Rector securitate gaude-
bit si sancta Ecclesia Synodaliter reputata que omnia disponente domino mater est
et magistra valeat semper tali palliacione dissolvi depravabit ipsa principes de-
ponet et reges et si non ad Synodum ad quem tunc recursus habebitur tamen eum
nullus singularium mortalium in terra valeat judicare Vtar quasi ellegan-
tissimis verbis domini que transfert Gracianus xx iij q v in c de occidendis
scilicet Absit ut ea que propter bonum ac licitum inchoata sunt debeant inter-
rupta dimitti eo quod suspicio habeatur unde mali posset aliquid scilicet
cum si sic dixerimus / nec ferramenta domestica et agrestia sunt
habenda cum suspicio esse possit ne quis ex eis vel se vel alium interimat / nec
arbor plantanda est ne quis ex ea se suspendat nec fenestra facienda ne per
hanc se quis per eam precipitet Et quid plura quorum inductionem commemorando fi-
nire non possum quid est in usu hominum bono ac licito unde non possit suspicio
causari quod invalcat pueres principes irrogari

Considera igitur Illustrissime princeps te primum illum fuisse qui nostro
et Basiliensi Concilio sancto juncterit fundamenta qui illud continue fovent
et sustentaverit auxilijs cui incorporatus existens apud deum jurisjurandi
religione promisisti te eius decreta acta atque agenda servaturum Recurre igitur
dictum Salomonis proverbiorum xx dicentis / Ruina est homini vovere postea
jurando deo postmodum autem votum retractare / Licet autem Romanus pon-
tifex illud presumptuose dissolverit tamen et tua excellencia post prout debeat Ba-
siliense Concilium litteris et Oratoribus universale fore professus est memorie

Igitur teneas nil fore quod clariori luce prefulgeat quam prolati verbi constancia
in principe C. de sen. tr. l. interlocutas Item illud Salomonis proverbiorum xvii non
decent stultum verba composita nec principem labium menciens Inicasti igitur
fundamenta Basiliensi Concilio adiacens quod tibi non cessit in parvum me-
ritum apud deum aut mediocrem gloriam nec donavit, stude ut tuo
ope atque subsidio tua firma constancia per illud finem accipiat universalis
ecclesie reformacio, frustra enim velociter ab inicio cucurrisses si prius defecisses
quam pervenisses ad metas. dicit tex. de pen. di. i. al. in c. incassum Magis
profecto delinqueres si interruptam dimitteres hanc synodi constitucionem quam si
ab inicio minime venisses ad eam. dicit tex. in auten. de litigiosis. § omnem
Nec prius solvit deus milicie premium quam victori cedit adversitas preliorum
dicit tex. in c. i. § i. c. statuimus de renunc. c. i. § fi. Ita agat excellencia tua
ut dicere possit ecclesia in Basiliensi synodo reputata protexisti me a conventu
malignancium et a multitudine operancium iniquitatem psalmiste lxiii. Tue enim
audies verbum apud Graciani translatum xxiii q. iiii in c. sicut excellen-
tem sic dicentis Magis profecto apud creatorem gracia principis proficit cum per
eum confracta restauratur ecclesia, cum eius largita munera ad nomen sui gloriam
conspicit renovari tanto magis largiora tribuit quanto ipsam ecclesiam sentit
per principis potenciam novit confoveri Serva Illustrissime princeps synodi
Basiliensis decreta reformatoria atque ad eadem editum decretum potestatis domini
Eugenii suspensionem quod iustissimum fore quo nunc rebus necessarium
fuisse proxime demonstrabitur tue enim audies ecclesiam dicentem ore dd. prophete
Regis ps. cxviii. Pax multa diligentibus legem meam et non est illis scan-
dalum Atque eciam verbum Salomonis proverbiorum primo dicentis Audi fili mi disciplinam
patris tui nec dimittas legem matris tue ut addatur gracia capiti tuo et
torques collo tuo Age igitur ut singularem illum honorem et gloriam
quam ex fundamentis nascenti synodo iniectis assecutus extitisti alius tibi
non auferret, sed te a tuo sancto proposito circa conservacionem auctoritatis synodalis
tepescente alius forte perveniret qui illam non solum conservare sed augere
conetur Reminiscere ubi sapiens proverbiorum v. dicit Ne dederis alienis honorem
tuum ne forte impleantur extranei viribus tuis et labores tui sint in domo
aliena. Postremo Illustrissime princeps In mentem inducere elegans Au-
gustini verbum quod transfert Gracianus xxiii q. iiii in c. si ecclesia dicens Aliter
enim servit princeps deo quia homo est. aliter quia princeps. quia homo est serviet
fideliter vivendo. quia princeps est servit leges iusta precipientes et contraria
prohibentes convenienti vigore sanciendo Illam igitur vere synodum esse
recognosce quam per Romanum pontificem non potuisse dissolvi extitit decla-

ratum illius decreta amplectere que quia salubria deo sunt acceptabilia et sic
velut princeps sciencie deo suspensione Romani pontificis servat quod si egeris
alii idem agent exemplo tue sublimis excellentie ducti et sic fiet ut Ro-
manus pontifex videns se obediencia principum destitutum ad reconciliacionis po-
stulacionem cum synodo sacrosancta et humilitatis affectum facilius inducetur
ut in simili docet Canon de excep. c. pia li. vi per ecclesie debitum generalium
Conciliorum non conculcabitur auctoritas quod quidem necessarium ecclesie sed et principibus
ac per maxime sublimitati tue preciosissimum foret. Quid enim si contingeret quod
possibile est papam heresis vicio irretitum Rome tue predicare posset ecclesia
si concilium pro pape correctione labentis in heresim convocatum valeret dissolvere
vel transferre ad locum sue deditum voluntati et sic nullatenus valeret corripi
sed diceret se principem pplorum ruina fieret plurimorum ei in heresi labo-
rancium. Quid si statum dei ecclesiam scandalizaret notorie nunc principes seculi
dignitatis cingulo atque divina potestate pro sua voluntate privando nunc episcopos
ecclesie sue spoliando carnalitatis affectu non iudicio racionis ad quem recursus
habebitur pro corrigendo excessus tales Romani pontificis notorie scandali-
zantis ecclesiam si in sua existet facultate Synodum ad rem hanc congregatam
dissolvere aut ad locum ubi libere valeret imperare transferre. Nec te vel quemquam
moveat clarissime princeps papam Concilium transtulisse eo quia pro agenda
unione orientalis ecclesie cum latina quam ut eius litere luculenter ostendunt ipse
Synodum dissolvit in Ferrariam transferens si infra mensem processus ad-
versus eum per citacionem inchoati non fieret revocacio quod certe preciosum est. deinde
nec in agenda translacione Concilii pro habenda orientalis ecclesie unione legem
convencionis observavit inter utramque ecclesiam celebratam que habet non nisi infra
mensem post adventum Grecorum ad latinum portum Concilium ex Basilea ad locum
aliud intelligi debere translatum cum tamen ipse contra ante adventum Grecorum intel-
ligi noluit Synodum translatam existere. Quid ultra primum pro loco Concilii ro-
mencie Bononiam deputavit secundo Florenciam elegit tercio vero Ferrariam. Quid
ergo si nunc sue mentis prudencie aliud nominavit deinde aliud successive quod
tamen non irracionabile est, cum ex ante actis considerare possimus quid futurum
credere debeamus quo erit unionis optate finis. Certe vel scio vel numquam pariter
quoque nec ecclesie debita reformacio testis est inclitus Seneca dicens Numquam incre-
mentum debitum suscepit planta que sepe transfertur. Nec umquam ad optatum
magisterii finem solet pervenire discipulus qui non uno contentus sed per varia stu-
diorum loca vagatur. Elegit civitatem Ferrariensem cuius valet dominum sue subicere
voluntati ubi iure cogentis imperii valebit libere exercere. Nescio quid voluit
inferre pro ubi quorum est reformare. Quid nam inde causet nisi aut violen-

aut consensum non ut libera consentientis voluntas foret prestitu sed ut
Imperio metum inferentis placet decretum Spiritussancti fuerant attestari con-
ventu sacerdotum ubi spiritus sanctus ibi solet esse libertas Quo igitur Concilium dici
poterit ubi non libera loquendi facultas patet sed metu quis ad id quod non aptat im-
pellitur Vocat verbis Clemens pastorales de re iudi. hys scilicet quis auderet
aut qua racione audet aliquis tenetur illuc loca adire putarem In quo sibi
quod necesse est loquendi facultas libera non patet In quo ad mortem sibi
per violenciam non iusticia inferendam ultroneum fore se offert refugit hoc || decipet
racio abhorret natura de Iure timetur de more vitatur despicet igitur que
suspicet potestatem vocantis ad locum illum artare vocatum nec sanum capitis existet
qui discrimini exponeret vitam propriam apud illum quem ex indubitatis in-
diciis indicat hostem suum sub fragilis caucionis liratorie securitate quod vulgo
salvum conductum nuncupant / hoc tamen nos docet tex. dum Iuris preter et
Civium ut lite non contes. c. attendens ff. ad Trebel. l. cum ita institutos § 1 /
Ex hys liquidissime innotescit si ferrariana Synodus Basiliensi accedat re-
formacionis finem desideratissimum sepelire et quod deterius est saluberrima
decreta magne Constanciensis atque Basiliensis Synodorum ductem Ecclesie sancte
lucidissime declarancium decetero populo christiano ludibrio fieri in pniciem
non mediocrem universalis Ecclesie Romani enim pontifices non metuentes Sy-
nodos generales quia dissoluentes ac transferentes pro libito voluntatis sine
potestatis frena laxabunt declinantes non ut voluit racio sed ut libido voluntatis
impulerit Nobis summum tunc proprie esse debet Ecclesiastico regimini formam
addere salutarem et Ecclesiam sanctam purgare maculis quibus videtur invol-
ui maxime in christi capite suo vel vicario Nemo enim in Ecclesiam amplius
nocet quam qui perverse agens nomen atque ordinem primatus tenet de-
linquentem namque hunc redarguere presumit nemo / et in exemplum culpa ve-
hementer extenditur quando pro reverencia ordinis peccator honoratur ut ex
glosa augustino transfert Gracianus l.xxx iiij di. in c. Nemo /
Post hec autem universalis Ecclesie conferunt / nunc enim temporibus nostra
interest ut decus et auctoritas catholice Ecclesie nulla ex parte minuatur sed
magis cumuletur ac amplificetur ut ex Triburiensi Concilio transfert
Gracianus de consec. di. j. c. vasa denum purificata ac candidata Ecclesiam
eius auctore conservata errantes omnes intus eam induere ut impleamus
illud quod est principium caritatis inter opera caritatis / Ceterum docent
Canonum legumque latores universalis super intendentes Ecclesie quibus innumeris
prepeditos negotiis ad id solertem vacare oportere diligencia quod gravius
atque periculosius iudicatur dicit tex. de sepul. cle. dudum. vn iuris presumpcionum,
qui pluribus ex obligacionibus astricta est sciendo solvendo primum se liberare

velle velit ab eo primum debito quod gravius se liberare velle censendus est ff. et C. de solu. l. i. Cum igitur scisma quod ex modo pontifice Eugenio nostro hoc tempore prochdolor dicitur perpetrari dum se ab unitate universalis ecclesie separat hic reputatur nedum contumaciter sed rebelliter nostrum monitorium contempnendo sit gravius atque periculosius iudicandum heresi illa inveterata antiquam Grecorum modernorum consensus imbecillitate ex longeva in corum prava consuetudine sunt collapsi ut multiplici fortissima racione proxime demonstrabitur. Igitur nemo iniustum arbitrabitur si eciam ad scisma ex Eugenio proveniens extirpandum magis quam ad Grecorum heresim subveniendum instantius vacavit aut exactiorem sollicitudinem adhibuit. Scisma autem ex Eugenio proveniens gravius ecclesie fore Grecorum heresi primo manifestatur ex textu Petri apostolorum principis relato in c. si inimicus xxiii q. [illegible] sic dicitur. Cum turpe videtur esse nobiscum viventem [illegible] et animo contra nos ut contingere videtur in modo nostro pontifice vivebat nequior hostis est quam illi qui foris sunt. Hic enim per amiciciarum speciem que inimica sunt gerit et dei ecclesiam dispergit ac vastat. Eorum vero qui foris sunt inimicicia manifesta quam premissa minus fervunt. Secundo probatur ex textu beatissimi Ieronimi relato xxiiii q. i c. non afferamus secundum veram intelligenciam decidentis ibi et si heresis crimen maius in sui natura sit scismate magis tamen permanent Chore dathan et Abyron qui in scismatis crimen fecerunt et ex contumacia inciderunt quod etiam in modo pontifice contingere videtur quam Egipcii heretici ydolum adorantes cum illi ex imbecillitate ac inveterata egipti consuetudine in tale crimen incidissent prout et Greci similiter inciderunt. Tercio manifestatur ex textu beatissimi Leonis in c. Illud sane xxiiii q. iii sic formaliter dicitur. Superfluo extra ecclesiam positis resisteremus ut porte Grecorum superfluo illos ad nos trahimus si ab hiis qui intus sunt in eis quos decepimus vulneramur. Si cetera quorum prima mater ecclesia est perdimus ut nostro hic in tempore contingit in Eugenio. Quarto ut verbis utamur Salomonis in proverbiis que referuntur xxiii q. i § Item precepit dominus de iude. c. et si iudeos [illegible] habemus in pero ignem in gremio serpentem intrinsecus in sinum deinde alium adversantem nobis procul venientem videmus. Igitur adversatio gravior iudicabitur illa certe que proxima magis est. Cum pocius occurrit certe proximior quam nos durius premit quam distancior. Malum sentimus in nobis metipsis malum etiam sentimus et in proximis que erit ordinata caritas illa certe que nobis primum nobis metipsis consulet deinde alteius volueri sanando occurret notissima sunt in hoc iura.

Quinta racio hec est Iudeos salvator noster in crimine Sodomis Ethnicis
idest gentilibus pretulit dum dixit tollerabilius erit Sodomis in die iudi-
cii quam vobis. et per prophetam loquitur dicens Iustificasti Sodomam, que
verba Augustini refert Gracianus. i. q. i. c. Ratione exponit dicens idest comparacione
iudeorum Sodoma iusta facta est minoritate aut criminis ut in eodem c. notatur
Illa racio est quia gentiles tantum legem naturalem transgressi sunt Iudei etiam
scriptam, gentiles predicatores non habuerunt et miracula non viderunt,
Iudei vero et prophetas et Christum predicantem ac miracula facientem habuerunt,
et tamen ipsum crucifixerunt Ita igitur in proposito princeps excellentissime si
convertis pari similitudine racionis, arbitrari debes magis delinquere Romanum
Pontificem qui in veritate Ecclesie necnon virtutem ipsam manutenere tenens
ipsius Ecclesie auctoritatem iam in duabus magnis Synodis declaratam videns
declaracionemque recipiens contempnit eandem, ab ipsa se separat, Grecis quorum mo-
derni eius auctoritatem prout declarata extitit nuper susceperunt et tamen alias
bona omittunt opera In hac re testis est noster etiam Urbanus papa in c. [illegible]
xij. q. i. d. c. quod, sic elegantissime inquit Gracianus eum premittit qui votum
fecerunt aut fidem perceperunt et votum non persolverunt aut in medio vitam
finierunt, quam tunc sunt voto et fide mortui sunt et tamen bona egerunt opera

Animadverte igitur excellentissime princeps te nullum maius satisfaciendum
deo prestare posse quam si id egeris ut qui scisma facientes in sinu et
universalis Ecclesie principem debaccantur valeant competenti rigore compesci-
ut nos docet Pellagii pape dictum quem transfert Gracianus xxiii. q. v. in
c. Quali tue aut agere hoc quam ex Ferrariensi convencione sub concilii nomine
congregata renovaveris si quos habeas ex ducatu tuo et tandem illius
vires diminuens augeas robur Basiliensis concilii quod feceris si ad ipsam
ex tuis prelatis prestanciores destinaveris ut succurrant Ecclesie fluctuanti
reducentes ipsam in portum salutis quod ut accelerent vires Basiliensis Synodi
requirimus et exhortamur Ideo debet Romanus Pontifex cum eius non
mediocri discrimine quod incurrit dum scilicet falso asserit Synodum congre-
gatam eo non esse superiorem dum reformacionem fugit dum Synodalia
decreta contempnit pro altius s. errorem salute certare (Testis est in primo
sacratissimus Leo papa cuius dictum transfert Gracianus xlvi. di. in c. Sicut
non suo sic dicentes iudicatur omnino est criminis sicut alienis commodis im-
pendere et exercere Beda testis idest glosa Augustini cuius verba transfert Gracianus)
xxii. q. ii. d. c. primum et c. Faciat sic dicens Faciat homo pro honis sa-
lute quod potest cum aut ad hoc ventum fuerit, ut tali salva nisi peccando

consule non possit famam se non existimet non habere quod faciat. Ad idem
textus plenus glosa x iiij di. in c. quod aut. et in c. Offerebat xx ij q. vij.
Nec debet sub boni colore ff vinonis civitatis ecclesie malum agere in quo
incidit auctem synodi conciliando. Enim cum hoc quis bonum agit quia ex
non recta intencione dicitur corripiendus est. Testis est incliti pellegrinus ppa
tum Simmas transfert Gratian xxiij q. v in c. relegantes dum dicit
Et si de iniquis bonum actibus bona processerint quis per illorum scelus facta sit
utilitas nostri impunitatem suppontum iniqne mentis reliqueront. Ad idem
Summa iurisconsulti ff. ad l. acquil. l. Si servus servum §. et si puerorum ff. de re
milit. l. iij §. in bello. Recognosce ergo clarissime princeps principes seculi non
nunquam intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenere ut quod non valet ecclesia
ordo efficere per sermonem doctrine hoc impet secularis potestas per disciplinae
terrorem ut ex Isidoro transfert Gratian xxiij q. iiij in c. principes.
Reminisce boni principis fore contritam consessamque ecclesiam instaurare atque
defendere ut transfert Gratian xcvj di. in c. boni principis. Assurgat ergo
potencia dextere tue ad liberandam ecclesiam a manu Madian idest potestate
contradictionis hostilis. Tibi enim et cuicumque principi in persona Gedeonis principi-
pis iudicorum loquitur dominus. Unde Judicum vj c. illi dicit dominus tecum virorum fortissime
surge in hac fortitudine tua et libera populum Israel idest ecclesiam a manu
Madian idest a potestate contradictionis. Ita enim verbum illud Madian quod Ebraicum
ab interpretatione exponitur. Si periculosum tibi arbitraris petri navitulam in tran-
quillitate deserere quanto magis in fluctibus. Verba sunt formalia Nicolai ppe
vij q. i in c. scisitaris. Confirmem facto postremo cum summa apostolorum principis
petri relatum per Clementem in epistola ad Jacobum in c.º sic dicentis. Ad illud
tempus te incitat insta ratione prospicere, quo magis opera tua indiget Christus. Dum nunc
cum tyrannis adversus sponsam eius ecclesiam conmovet bellum. Dum in futuro tempore
quo iam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra tua opera indigebit.
Quis non parvi sensus intelligit istud fore id tempus in quo operam tuam
Christus exquirit. Tota igitur mente in presenti necessitate probare opera tua
auxilium in ~~tyr~~ preliis exhibeas regi optimo remuneraciones magnificas
post victoriam reddituro. ¶ Considera religiosissime princeps christianissi-
mos reges Francie igitur inter seculi reges obtinere primatum digni-
tatem qui primi christianam fidem fuerint feliciter adepti. et eandem nedum
ore sed pugnatore gladio veraciter sunt professi. Arbitrare igitur quis te-
bi primatus inter seculi principes reputetur. si primum contritam restauraveris
ecclesiam si primum eius tueberis auctem. Hac in re testis est incliti Beatissimi
Gregorius qui in Registro suo epistola v indictione xxiij Brunichilde Regine

Francorum sic inquit Non inmerito contingit ut cuncta regnorum regna
precelleret regnum Francie quippe quia eundem gentium creatorem primum
veraciter confitetur Sed ut laudabilius in eo fides tua operibus enitescat
ad hortationes nostre cum succendant quatinus sicut sublimem illum inter homines
potentia regalis ostendit ita inter deum magnum faciat pietas actionis
Item in epistola vi Childeberto Regi Francorum sic inquit quanto ceteros ho-
mines regia dignitas antecedit tanto ceterarum regna regni vestri profecto
culmen excellit esse autem regem quia sunt et alii non mirum est Sed
esse catholicum quod alii non merentur hoc satis est sicut enim magne
lampadis splendor in tetre noctis obscuritate luminis sui claritate fulge-
scit ita fidei vestre claritas inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat
ac coruscat quicquid autem ceteri reges se gloriantur habere habetis sed
ipsi in hac re vehementius superantur quia hoc principale bonum non habent
quod habetis Ut ergo sicut fide ita et actione regnum regat benignitatem
se excellentia vestra suis subiectis semper exhibeat et siqua sunt que eius
animum offendere valeant ea indiscussa non puniat tunc enim non rege regum
amplius rex vestris placebit si potestatem suam restringens minus sibi cre-
diderit licere quam potest Refert hec Alvarus in opere suo de planctu Ecclesie
eius operis prima parte c. xxxvii Ad laudem dei omnipotentis Amen

Explicit primus sermo sequitur secundus Laus deo

Sermo secundus compositus et promulgatus per R. dominum I.
pontanum de Urbe in presentia Illustrissimi principis domini ducis
Sabaudie etc In quo ostendit quod non expetat Synodus recusando pa-
cem quam sibi offert dominus Eugenius papa eius pacis qua-
litate considerata ¶

In nomine dei omnipotentis amen. Cognouit Religiosissime ac
Illustrissime princeps Sancta generalis Basiliensis Synodus feruentem affe-
ctum tuum quem ad pacem vniuersalis ecclesie geris. cum nouissimis his
diebus per Oratores excellencie tue vice tua apud Sanctam Synodum
proponentes illud thema. Quam speciosi pedes Ewangelizancium pacem quod
ex apostolo transsumit Gracianus viii q. i. in c. Olim. Sacro Concilio per ex-
verbis ornatissimis fuerit predicata. Egisti quidem quod est officii tui. do-
cens ex Augustino quem transsumit Gracianus xxiii q. iiii. in c. quando uult deus
principes instruunt dicant nil magis fore quam ad principes seculi xpianos
pertineat quam ut talibus suis paratam esse velint matrem suam ecclesiam
vnde spiritualiter nati sunt. Sed si illum eciam quo vniuersam ecclesiam pacem
habere desiderat vnitatis ecclesiastice cognoueris turbatorem primo ut reccius
dixerimus subuersorem perpetuum Ferrariensis conuenticuli in suo vigore
permanente Basiliensis synodo atque in hijs que synodi sunt legittime et
sine intermissione perseuerante. Credo certius arbitrabor a mente excellencie
tue alienissimum ut cum illo pacem ecclesia habeat qui pacis ecclesiastice est
perseuerans violator qui vnitatis eius perseuerans perturbator. hoc enim
nos primo docet facundissimus Ciprianus gloriosus martir et pontifex translatus
per Gracianum xxiiii q. i. c. Alienus. sic dicens Alienus est prophanus est
hostis est. nec habere potest deum patrem qui vniuersalis ecclesie non tenet
vnitatem etc. Si igitur hostis est. quo iure modo cum in hostilitate actu
perseuerante pacem habere debemus. minime quidem teste etiam Augustino
xxiii q. i. in c. Noli. hostiliter bellanti et resistenti non pax sed vio-
lencia redditur. Quo habebit quis a spirituali iure ecclesia pacem qui deum
habere non potest in patrem ex quo non seruat ecclesiasticam vnitatem. Quippe
si deum pacatum habere non potest quod cum fratre non pacem habet sed zeli
discordiam ut idem beatissimus Ciprianus insigne transsumente Graciano xc. di. in c.
Recte ad Caym. Quod ecclesiam que diuina regitur inspiratione poterit
serium habere pacatum qui eius indiuiduam compagem querit scindere vni-
tatem an eciam huius pacem habere ecclesie desiderio fore debeat. docemur
primum ex eiusdem sentencia translata apud Gracianum vii q. i. in c. Nouacianus
sic formaliter dicente. Aduersus eum qui se Romanum pontificem appellabat
si quis ergo nec concordiam pacis nec vnitatem spiritus obseruat et se ab
ecclesie vinculo atque sacerdotum Collegio separat. Episcopi nec potestatem potest habere
nec honorem. quia Episcopatus sui nec vnitatem voluit habere nec pacem
hec ille. Secundo nos docet textus pellagii pape xxiii q. v. in c. Non vos

et in c. delinquentibus sic dicitur Quisquis ergo ab apostolicis divisus est
sedibus idest synodalibus, cum universalis synodus apostolorum omnium collegium re
putetur ut pulchre Concilium Triburiense determinat in c. Si quis presbiter
xi. q. iii. in scismate eum esse non dubium est qui contra universalem ecclesiam
altare conatur erigere Sed quid de talibus insertus in Calcedonensi Concilio
Canon statuit glosa vestra considerat ubi pp alia sic dicit Qui a communione
semetipsum suspendit et collecta facit et altare constituit idest ad usus illorum
ecclesiam in legittima synodo reputatam conventiculum scismaticum eriget et
noluit vocanti superiori suo consentire noluit eidem acquiescere nec obe-
dire et primo et secundo vocanti hunc omnimodo dampnari nec umquam vel
mereri ut pro eo supplicatio exaudiatur nec perditum rursus accipere posse hono-
rem quod si permanserit turbas faciens et sediciones in ecclesia per extraneam
idest secularem potestatem quasi sediciosum corripi debere hec ibi Et idem de-
clarat c. licet de vitanda et c. cognoscimus cum tu quoque pacem pro ecclesiam tua
securitatis habere desiderat fore nephandissimi symonie vicio notorie et
incorrigibiliter irretitum sive in abusionibus incorrigibiliter persistentem pp
plurimas huius sacre synodi admoniciones salubres ac caritativas quibus eum
ortata est ut converteretur ad cor se et alios dirigens ad viam salutis su-
sciperet saluberrima decreta per ipsam sanctam synodum pro reformacione ecclesie
edita, ab abusivum continuacione desisteret, in quibus prohdolor perseverat
cervicem erigens in superbiam Ideo tuere pacem eo eo ecce debeamus do-
cet pro nos primo omnipotens salvator noster qui et si discipulis suis ad
patrem ascendens pacem dederit atque deliquerit, tamen pro toto textum sancti
ewangelii numquam reperitur in tanta severitate tam districta censura iusticie
peccatores corripuisse quanta symoniacos tum non solum eloquio increpans
verum etiam sicut Johannes ewangelium facto flagello de funiculis verberans eos
eiciendo de templo apte demonstrans tales non sicut ceteros peccatores
corripiendos, sed a templo dei idest a sancta ecclesia longius fore propellendos
ut hec pulcre ex epistola Alexandri pape transfert Gracianus i. q. iii. c. ex
multis, Secundo demonstrat textus i. q. i. c. Eos dicens tollerabiliorem esse
Machedonium et eorum que circa ipsum sunt impia heresim dicentium creaturam
et servum dei patris et filii spiritum sanctum esse symoniacos qui pro pecunias ma-
nus imponunt et sic in detestandam symoniacum incedunt Illi enim creaturam
et servum dei et filii spiritum sancti delirando fatentur Isti vero eundem spiritum
sanctum suum sibi efficiunt omnis enim dominus quod si vult vendit sive servum sive
aliquid aliud eorum que possidet etc. Si igitur papa potest ex notoria heresi sy-
nodo deferri xl. di. Si papa xix. di. c. Anastasius cum sit tamen in eo quo hereti-
cus est minor sit quolibet catholico ut concludit glo.[ar] xx iiii. q. i. c.
Achatius in primo igitur pariter deferri poterit et per synodum corripi ex notorio

crimine Symonie si incorrigibilis sit Serius sicut alias iuxta conclusionem
glo. lxxix di. c. Si quis pecunia. Tertio manifestat Epistola beati Clementis
successoris Petri ad Iacobum, qui in secunda epistole pagina referens verba
per beatum Petrum sibi in eius ordinacione ad summum apostolatum dicta sic inquit
Si cum mundialibus curis fueris occupatus et teipsum decipies et eos qui
te audiunt non enim poteris que ad salutem pertinent plenius singulis quibusque
distinguere et ex eo fiet ut tu tanquam qui non docueris que ad salutem hominum
pertinent deponaris et discipuli per ignoranciam pereant etc. hec ille. Que verba
antiqua sunt et singulari nota digna quia ex sententia beatissimi Petri apostolorum
principis per Clementem relata manifestissime docetur Romanum pontificem
nedum non servantem que per Synodos universales ad salutem hominum et ecclesie
sunt salubriter constituta sed etiam eadem non docentem a summo pontificatu
posse deponi. Nec hec Clementis Epistola obscure notitie est quia habetur
illa formaliter in eo volumine quod intitulatur liber Conciliorum Ysidori
et ex eo capitula plurima in decreto transfert Gracianus ut patet lxiii di. c. Sicut innotuit
xi. q. iii. c. Quicumque et c. Sicut innotuit xi. q. i. c. Te quidem et c. Sicut enim
Ipsam autem Petri apostoli sententiam probari posse sentio ex textu Evangelii Iuxta
Matheum v. c. ubi salvator in omnibus apostolis loquens inter quos erat Petrus
inquit Vos estis sal terre quod si sal evanuerit in quo salietur ad nichilum
valet ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus etc. que quidem
verba Ieronimus que transfert Gracianus ii q. vii c. Non omnes, Ingerentibus vi-
ces Petri et Pauli apostolorum principum exponens sic inquit Non est facile stare
in loco Petri et Pauli scilicet tenere locum iam cum Christo regnantium et
infatuatum sal idest prelatus delinquendo fatuus in hiis que ad salutem
pertinent predicando insipidus ad nichilum prodest nisi ut proiciatur foras
idest deponatur etc. Quarto declarat similitudo salvatoris ad apostolos
inter quos Petrus erat dicta iuxta Evangelium Luce xiii sic dicentis Arborem
fici habebat quidam plantatam in vinea sua et venit querens fructum
in ea et non invenit. dixit autem ad cultorem vinee Ecce anni tres sunt ex quo
venio querens fructum in ficulnea hac et non invenio. succide ergo eam ut
quid etiam terram occupat. At ille respondens dixit illi Domine dimitte eam hac
anno usque dum fodero circa illam et mitto stercora et siquidem fecerit fructum
sin autem in futurum succides illam hec ille. Quid nam igitur aliud hinc
sacri ~~eloquii~~ eloquii nobis indicat tenor nisi ut si plantus diu expectatum et
expectatus fructum aliquem salutis afferat populo afferre distulerit tandem aliorum ut puto
Synodi salubriter etiam reformatus ope adiutus ut affert et afferret re-
cusat cathedram non pastoris sed pestilentie occupans non amplius tolle-
randus ~~esset~~ sit sed velut incorrigibilis e medio succidendus.
Quinto nobis declarat doctrina domini in Evangelio apud Matheum xviii c.

Apostolis dicentis inter quos erat petrus Qui autem scandalizaverit unum de pu-
sillis istis qui in me credunt expedit ut suspendatur mola asinaria in
collo eius et demergatur in profundum maris Que verba ad episcopos per
dominum relata declarat beatissimus pe[trus] in ordinacione Clementis prout ipse
Clemens refert in ordinacione ad Jacobum xciij c. sic dicens Sanctam catho-
licam et immaculatam omnes servire debere euangelizabat petrus cum claves
episcopos esse dicebat ipsi cum potestatem habent claudendi celum et aperire portas hii
quia claves celi facti sunt. ammonere autem eos neminem debere docebat
quia oculi domini sunt et qui eos tangit. tangit pupillam oculi eius.
Quanta autem pena dignus sit qui eos scandalizat ipsum dominum docuisse dice-
bat in verbis illis Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis etc. Hec ille
Si ergo tali pena dignus qui unum ex ipsis scandalizat quanto maiori di-
gnus erit qui universalem ecclesiam ut nunc Romanus pontifex que constat
ut alium quicunque euangelice doctrine subiectum ut expressum est xxv q. j. c. i
c. Sicut quod. Ex hiis autem concludit notabiliter glossa xl di. c. Si papa dicens
Ex notorio crimine quocunque si inde scandalizatur ecclesia et incorrigibilis
sit papam accusare posse et iudicari Non est autem dubium in hiis in quibus
iudicari potest generali Concilio subici ut concludit singulariter glossa ij q. vij i
c. Sicut inquit ¶ Sexto demonstratur exemplo Nabuchodonosor quem propter
superbiam eius in quam inciderat fastu dominacionis elatus dominus parcens ac qui-
etem habere noluit Sed racionabilem eius mentem in bestialem animum commutavit
atque a regno suo profugum fecit cum bestiis eum vivere volens nec ante
voluit ipsum regnum recepisse quam ad humilitatem conversus dominum predicaret ut illa
habetur hystoria xx iij q. v. c. Quae nonnullum de pe. di. j. c. denique ut prospicue
Septimo nobis perspicue demonstrat hystoria Pharaonis quem videns dominus
ipsis flagellis duriorem effectum non parcens habere voluit Sed prius permisit
quinymmo medio mari currus et equites sui exercitus nec quidem uno super-
vivente voluit perire ut legitur Exodi xiiij. et breviter transfert Gracianus
xx iij q. iiij. in j c. Nabuchodonosor ¶ Octavo nos docet beatissimi prosperi
tex[tus] xx iiij q. iij i c. Est autem sic dicens Crimina quorumlibet et si de ipsis
criminosis confiteri nolentibus undecunque claruerint quecunque non fuerint pa-
cientis leni medicamine sanata veluti ignis quodam pie increpacionis urenda
sunt et curanda Et si nec quanimiter sustinentes ac pie increpantes me-
dela profecerit in eis qui diu portati et salubriter obiurgati corrigi no-
luerint tamquam putride corporis partes ferro debent abscindi nisi sicut caro
morbo moritur si abscisa non fuerit salutem reliquie carnis putredinis
sine contagione corrumpat ita qui emendare despiciunt et in suo morbo
persistunt si moribus depravatis in sanctorum societate perduxerint eos
exemplo sue perdicionis interficiunt Hec ille

Nono demonstratur

Secundo demonstratur ex textu Leonis pape xx. q. iii. c. Illud sic dicentis:
His quibus prodesse non potest correctio non pereat abscisio. Oportet enim nos evangelici
meminisse mandati quod ab ipsa veritate precipitur: Et si tuus oculus aut pes
aut dextera scandalizaverit manus a reliqua corporis compage auferatur quia
melius est hic in seculo carere membris quam cum ipsis in eterna ire supplicia.
Suppliciis quippe extra ecclesiam positis resistimus si ab hiis qui intus sunt in-
cur quos decipiunt toleramus. Abscindenda prorsus pestifera hec a sacerdotali
vigore parcitas est que sibimet aliorum peccatis parcendo non consulit. Hec ille.
Nec quemquam moveat dicere igitur a severitate pene in modernis pontificem absti-
nendum fore quia ex eius elacione scandalum ecclesie perturbacio ac scismatis
periculum imminet, quoniam iuxta doctrinam Augustini: Cum quisque fratrum et christianorum
intus in ecclesie societate constitutorum in aliquo tali peccato deprehensus fuerit
ut anathemate dignus habeatur fiat hoc ubi periculum scismatis nullum est. xx iii
q. iiii c. Quidam ... et q. ... canonibus ... xlv. di. in
c. Licet plerique ut cum res hec in ad ... declaracionem suscipiunt. Omnis sermo
canonistarum sunt in c. ... ex ... de nomi. op. nu. in c. qui scandalizaverit
de re iu. et d. c. Sane de temp. or. et in c. i de offi. dele. li. vi in novel. ubi
Jo. An. refert dicta Hostiensis legistarum in l. qui sedem ff. de sena. in l. Si
quis ex filio exheredato. C. hoc autem omnis ff. de iniusto test. Capio doctrinam
sancti Thome theologorum doctoris in ecclesia precipui in iiii Sententiarum di. xxxviii
sic ad propositum inquientis: quandoque opus iusticie quod ad peticionem alicuius redditur
non directe cedit in bonum petentis sed magis in utilitatem rei publice sicut
est in illatione penarum quibus pax in republica conservatur a malefactoribus
repressis. Tunc si iudex qui curam reipublice gerit videt ex inflictione pene
magis incommodum reipublice provenire potest penam vel pretermittere vel
mitigare nec in hoc alicui facit iniuriam quia ipse personam reipublice gerit
et hoc etiam debet facere quia ex officio tenetur utilitati publice providere.
Hoc autem contingit precise quando princeps vel aliqua multitudo est in causa
aut aliquis de cuius pena timetur ne scisma sequatur. Et ideo dicit Augustinus
quod cum multitudine peccantium nichil agendum est agendo monendo quam
severe iudicando. Sed severitas exercenda est in peccatis paucorum etc. Sed
hoc est intelligendum quando ex dissimulatione pene principis vel eius multitudinis
nimium periculum non timetur quam ex pena. Unde si ex impunitate principis vel multi-
tudinis fides doctrine vel veritas vel boni mores corrumpuntur non parcendum est
principi nec multitudini quod precise contingit quando peccantes peccatum suum auctoritate
vel potestate defendere voluerint. Unde Ysidorus dicit hii qui nec vitio correpti
ius emendantur atque hoc ipsum delictum quod committunt defendant quadam superstitiosi

ducte utitur nec gradum dignitatis nec gratiam tenuane cuiusque. hec ille Concordat
cum Isidoro tex. de pen. di. vi. c. i. in fi. de excess. pla. c. nec dilectos. Est
igitur huius clarissimi doctoris sententia non esse omittendam penitus illorum in
principe obstinatis dubium ut ex impunitate magis periculum quam ex persona timetur
ut puta fidei lesio doctrine veritas bonorum et morum in ecclesia corruptio
Hec in moderno pontifice contingunt. cum si eius punitio postergetur leditur
fidei veritas et doctrine in Constantiensi concilio declarata due pariter cum
ecclesie reformacione etiam capitis respectu synodo fore subiectum boni mores
corrumpuntur quia continuo in Romana curia crescunt maiores abusus
futuri Romani pontifices auctoritatem se habere videntes synodos dissol-
vendo papalis ductus fiducia ignorabunt a nullo se posse corrigi scientes /
Unde monet nos beatissimi doctoris sententia in c. Administrat. vii. q. i. sic belli-
ssime inquiens Cum vero non prelatorum sed totius Ecclesie salus queritur
fides impugnatur necesse est ut ex adverso ascendant prelati et in die belli
seipsos ut murum opponant pro domo domini et animas suas ponere pro ovibus
suis ut exemplo sue passionis attendant quos sermone doctrine divinis
edocere non valeant Et quoniam cum eo quo pacem pro ecclesia tua
sanctitas habere desiderat synodum illam sanctam Basiliensem nedum presumptuose
dissolvisse fertur eam appellare presidem synagogam reformationi ecclesie
ibidem incumbentes afficit scandalo incredibili. cum suis litteris hincinde dire-
ctis eos mandat velut fidei hostes agitari eisdem annona atque ad victum
necessaria prohibet deferri deferentium bona primo occupanti concedens dum tue
cum eo pacem cupere debeamus qui contra pacem ecclesie in synodo illa
reputat se hostem fecit quam ex hijs divinam maiestatem offendit
ut proxime ostendemus Nos primum docet tex. liber pape xxiii. q. i. c. qui
contra pacem. sic dicens Qui contra pacem Ecclesie sunt si dignitatem
aut cingulum militare habeant nudentur eis. Secundo nos instruit tex. glori-
osissimi Ambrosij xxiii. q. iiii. c. ipse xpus pt. sic dicens Hinc etiam
petrus qui tum ab eo audierat Beati eritis cum maledixerint vobis ho-
mines et dixerint omne malum adversus vos. gaudete in illa die et exul-
tate quoniam merces vestra copiosa est in celis Contumelias sibi illatas eiugem-
dio suscipiebat. peccata vero que in deum committebantur acerrime puniebat
Unde Ananiam et Saphiram spiritui sancto mentientes morte sua perculit Sic
etiam paulus dum ab erroribus Corinthios revocaret magum illum Elimam
magnum qui credita fide retrahebat cecitate percussit ut ceteri per eum pre-
dicacionem eius non impedierint sed in xpm credentes animi cecitatem effuge-
rent et Corinthium illum fornicatorem quia in deum peccaverat satha-
ne ad vexandum tradidit /

Tercio docet tex. beatissimi Gregorii xxiii q. iiii. iii c. si is qui sic dicens
Si is qui plantas est dum debitori culpas in primo dimittit non mediocriter
perfecto deum offendit, quia debita celestis regis et domini sui presumptione
resolvit. ea vero que in deum commissa cum magna discretione non tamen sine
pena possumus relaxari. Quarto nos docet tex. Augustini xx iii q. iiii. in c.
Si ea sic dicens Si ea de quibus vehementer deus offenditur nequaquam vel
ulcisci nec obmittimus sed differimus ad mansuetudinem dimittis paciencia pro-
vocamus. Quinto nos docet victius exemplum horribiliter sententia ab omnipotente
prolata iii Re. xx. c. sic dicens Quia dimisisti virum dignum morte de
manu tua erit anima tua pro anima illius et populus tuus pro
populo illius. Et quia scandalum infertur synodo non recte populus sibi co-
missum instruens scandalizetur in deum et sic eius maiestatem offendit,
afferamus in medium tex Anacleti pape xxiii. di. c. ille procul dubio sic dicens
Ille procul dubio scandalizatur in deum qui recte non docet et qui eius episcopum
scandalizat vel sacerdotem ergo multo magis synodum. Secundo etiam venit tex.
Alexandri pape iii q. i. c. nulli dubium quod formaliter dicit, dum cen-
sefiunt qui cum in suis sacerdotibus persequitur Si cognominamus Romanum
pontificem synodi per quam deus loquitur mandata contempnere in decisionem
eius auctem ecclesie negat invade cum reprobis pacisci fedus inire ut eorum
medio dissolvit sanctam synodum. Ac cum eo patrem habere debeamus exempla
sacre scripture afferamus In medium primo legimus deum Saulem eo quod sibi
non paruit cum iuxta mandata eius non interfecisset per omni tempore populum
Amalech et Agag regem eorum a regno eiecisse. scribitur hoc Re. i. xv c.
sic formaliter pro eo quod abiecisti sermonem domini abste. abiecit te dominus
ne sis rex etc. Secundo legimus quod dominus illis fecerit qui prevaricati sunt
verba eius cum mandasset ut dispergeret gentes ydolis servientes. habentur
ps. c v. hec verba quia non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis. et
commixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum et servierunt sculptilibus eorum
factum est illis in scandalum etc. Tercio legimus Josaphat rege Juda cum
impio prestitisset auxilium atque cum odientibus dominum amicicias copulasset
hec verba dicta fuisse Impio prebes auxilium atque cum hiis qui oderunt dominum
amicicia iungeris et ideo iram domini merebaris etc. habentur hec verba paralipomenon
ii xix c. Quarto legimus eidem cum fedus iniisset cum Ochozia pessima
opera agente sic voce prophete dictum fuisse quia habuisti fedus cum Ochozia
percussit dominus opera tua etc. habentur hec paralipomenon ii xx c. in fine. Quinto
legimus Judam Machabeum cum prospere in bellis omnia successerant statim
postquam cum Romanis tamquam reprobis fedus iniit una cum suis bello

intemperanciam Machab. i. viii et xv c. Pacem quam sancta Basiliensis synodus
alijs quam maximo predicat et quia precipue extitit auctore deo congregata servare semper
studet intrinsecus et in omnibus ut docet tex. in c. vi. in c. hec quippe
Sit itaque illam sine labijs predicatam fore debere cum sua animi voluntate
concordem ut docet tex. xv in. Dr. i. c. Dyaconi. Qui memorie conmendet
sicut glosa Aug. quam transfert Corrector xxiii q. i. in c. Noli. dicitur
pacem habere voluntatis esse debet, bellum autem nonnisi necessitatis. Non
enim pax queritur ut bellum exerceatur, sed bellum geritur ut pax acquiratur
Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto
dulcior erit pro consumanda salute militantis ecclesie Sed illud Ciceronis me-
minisse voluerim inquientis Nomen pacis dulce est et ipsa res salutaris
Sed inter pacem et servitutem plurimum interest Pax est tranquilla libertas
servitus postremum malorum omnium non bello sed etiam morte repellendum
Illam igitur pacem nimirum respuet Sancta Synodus que tranquilla utitur
libertate non autem oppressa tyrannica potestate. Tunc possit auctoritatem ulterius
Synodi conservare et cum dum res exigit in persona quorumcumque etiam Ro-
manum pontificem actu tunc exercere. Illam arbitralem pacem respuit ex qua
non ecclesia sua iurisdictione libere uti potest. Sed similiter iugo tenetur oppressa
per Romanum pontificem qui in clero non iusta dispensacione sed rerum ecclesia-
sticarum dissipacione uti queret non pastoris atque administratoris formam sed
dominatoris assumens universalem synodum que dono dei inseparabiliter existit
pro libito voluntatis dissolvere satagens ut in perniciem universalis ecclesie pos-
sit libere debachari more furientis equi vel qui laxatis frenis absque ductore
per prata discurrens nullo regulatus voluntate libera pedibus quecumque
terit aut calcat ecclesie membra non velut pastori commissa sed velut
lupus non racionis iudicio dirigente, sed carnalitatis affectu quecumque devo-
rans velut alienum famelicum quecumque pascens ut pinguiora degluciat Dixit
Beatissimus Aug. sicut ad heremitas suos sermone ad ipsos. xi. Siquis
homo pacem amat amet et iusticiam quia due amice carissime
sunt Iusticia enim et pax ipse se osculantur Iuxta psalmiste dictum Iusticia et
pax osculate. Si igitur amicam pacis iusticiam quis non amaverit numquam
ipsa pax eum amabit numquam et secum habitare volet absit. Amet
igitur iusticiam pacem diligentes hec enim pax hominibus bone volunta-
tis datur ab angelis numquam et prave voluntatis pacem afferunt angeli
absit et qui sunt prave voluntatis tranquillitatem illi in superbo oculo et in-
saciabili corde numquam dicunt sufficit ~~[illegible]~~ tales numquam pacem habere
poterunt dicit ille. Si ergo pacem cupit Eugenius iusticiam amet iusticiam autem
diliget si Synodo Basiliensem universalem Ecclesiam representante velut superiori

parum si cogitaverint se illa que supremum obtinet tribunal in terris
superiorem esse non posse si decreta pro reformatione ecclesie pro primum salu-
briter edita susceperit eorum observationis effectum servaverint si indi-
viduam ecclesie unitatem quam pro dolor actu divisam cernere studuerint
conservare. Absit prefectus animo indurato cernerat unitatem ecclesie
flammis funalibus vie altare contra altare erigere censet sacra Basiliensis
synodus huiusmodi similis conciliis nisi aliquam meliorem fore putaverit ex qua ut
sibi facultas adesse unitatis et pacis ecclesie priorem sue et aliene
salutis immemor opprimatur proximi deo summa est pax illa que a deo
separatum inducet eo quod etiam sub unius hominis tyrannica potestate reduceret
in perpetuam servitutem. Memor est sancta synodus evangelici eloquii
quod ab ipsa veritate profertur. Math. x. et transcripta c. xxiii. q. i.
Interfectores dicentis. Non veni pacem mittere in terram sed gladium
non enim concordia et pax inter invicem contrarias quarum una est
salubriter dirigendum altera ad perversa dispensandum inclinata est
quolibet esse poterit. Quo nam cum pacto esse poterit inter adversa
veri pacis equum concordia. Sancta synodus reformationem ecclesie studet
unitatem ecclesie conservando pastori ecclesie in unum recti regiminis dirigendo
ille se preciosum cupit conformis fore studeat voluntati synodali.
Ad laudem omnipotentis dei amen

Explicit secunda propositio Segovie tercia

Inter ceteras tue sublimitatis virtutes velut gemmas fulgidas eminent excelle:
tissime princeps in omnibus recta iusticia tua quam quidem elegisti in singularem
tibi peculiarem Cum eam cognoueris inter virtutes cardinales principatum obti:
nere. teste sapiente prouerbiorum xv dum inquit In habundanti iusticia virtus maxima
est. atque etiam beatissimo Gregorio translato per Gracianum xiij q. ij in c. cum
deuotissimam dum dicit Summum in rebus bonum est iusticia Cognouisti illam esse
virtutem quam maxime principes decet obtinere teste psalmista Regum ps. lxxj
dum ad omnipotentem exclamat Deus iudicium tuum regi da. et iusticiam tuam
filio regis iudicare populum tuum in iusticia. et pauperes tuos in iudicio. Cuius
partes suam confirmat Salomon natus sumus dictus sapiens Sapientie primo
dicens. Diligite iusticiam qui iudicatis terram Ad idem beatissimus Ieronimus
super Ieremiam translatus per Gracianum. xx iij q. v. in c. regum proprium dum dicit
Regum proprium officium est facere iudicium atque iusticiam et liberare de manu
calumpniancium oppressos. Hoc ergo pre maxime elegisti ut opus facies accepti:
ssimum deo teste eodem Sapiente prouerbiorum xxj facere misericordiam et iusticiam iudicium
magis placet deo quam victime. Immo dicitur bone facere iusticiam accepta
aut apud eum magis quam immolare hostias ut eodem capitulo habetur v. xvj.
Notissimum orbi est animum tuum atque faciem ut iusticiam facere non minus
pro paupere quam diuiti. Recordatus sapientis prouerbiorum xxj dicentis
Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis. ipse clamabit et non
exaudietur atque eiusdem xxij. dicentis Non facias violenciam pauperi
quia pauper est neque conteras egenum in porta. quia dominus iudicabit
causam eius et configet eos qui animam eius premunt quod
pollicetur dominus pauperem iudicanti in veritate describitur prouerbiorum Sapientis
xxix dicentis Rex qui iudicat pauperes in veritate thronus eius in eternum
firmabitur Premia vero iusticie sunt hec. primum quia hominem letifi:
cat. teste psalmista ps. xliiij dum dicit dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem
propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Secundum
eorum habitacula benedicentur semper a domino prouerbiorum Sapientis iij. dicentis Egestas
in domo impii. habitacula eorum iustorum benedicentur ex benedictione domini resultant
diuicie. et liberantur quoque ab afflictionibus. teste sapiente prouerbiorum x. dum
dicit Benedictio domini diuites facit. nec associabitur eis afflictio Con-
quia memoria iusti semper cum laudibus eius proprium desiderium concedit
nec a sceleribus commouetur in eternum. ut eodem prouerbiorum dicitur Memoria iusti cum laudibus
et nomen impiorum putrescet. desiderium suum iustis dabitur iustus vero
in eternum non commouebitur. Ad idem psalmista suum ps. cxj. dicentis In memoria
eterna erit iustus ab audicione mala non timebit. et Quarto de afflic-
tionibus eos liberat dominus. et afflictioni pro eo impium tradet. teste Sapiente prouerbiorum
xj. dum dicit Iustus de angustia liberatus est. et tradetur impius pro
eo Quinto quia semen iusti saluabitur et eius radix non commouebitur

impiorum vero peribit Sextum justus relinquet heredes quos genuit et
sibi custodit[t] substantiam peccatoris. Sapiens in parabolis xiij dicit justus relinquet
heredes filios et nepotes et custoditur justo substantia peccatoris. Videm xxiij
et xxiiij c. quintum Septimum quia justus securus absque terrore manet teste
Sapiente parabolorum xxviij dicit fugit impius nemine persequente justus autem
leo confidens absque terrore erit qui decepit justos in via mala interitu
suo corruet et simplices possidebunt bona eius Octavum quia inter justos
moratur gratia et eorum germinant tabernacula ut in parabolis xiiij inter justos
morabitur gratia domus vero impiorum delebitur justorum tabernacula germi-
nabunt Nonum quia vota justorum deo placabilia et qui sequitur justiciam
diligitur ab eo parabolis xv. Unde non mirum sublimissimam in gratia et pela-
rissima omni virtute uxorem tibi dominus dedit quod donum adeo preciosum cogno-
scere debes juxta verbum sapientis parabolis xix dicit domus
[illegible] et divitie dantur a parentibus a domino autem proprie uxor prudens Illa quidem liberalissimas ma-
nus porrigebat in pauperes meorum teneret parabola sapientis eorum c. cum dicit
[illegible] Venerat dominus qui miseretur pauperi et vicissitudinem suam reddet ei Addi-
de eiusdem sunt parabolarum xxij dicit Qui pronus est ad misericordiam benedicetur de
panibus enim suis dedit pauperi victoriam et honorem acquiret qui dat
munera Item auferet accipientium Videm parabolis xxviij dicit Qui
dat pauperi non indigebit qui despicit deprecantem sustinebit penuriam Addi idem
eiusdem parabolis c. iii dicens Honora deum de tua substantia et de primiciis omnium
frugum tuorum da pauperibus et implebuntur orrea tua saturitate et vino re-
dundabunt Decimum justum conservat in pace et ad illam inimicos eius incli-
nabit teste Sapiente parabolis xvj dicit Cum placuerint domino vie hominis
in justicia inimicos quoque eius convertet ad pacem Undecimum beatos filios post
se derelinquit juxta illud proverbiorum xx dicit justus qui ambulat in simplici-
tate sua beatos filios post se derelinquet Duodecimum quia firmatur tronus
eius juxta illud proverbiorum xxv c. Aufer impietatem de vultu regis et firma-
bitur justicia domus eius Tredecimum quia justorum augmentata potencia letatur
vulgus proverbiorum xxix ubi sic in multiplicatione justorum letabitur vulgus Cum
impii sumpserint principatum gemet populus Quartumdecimum Oculi domini super justos
et auditus eius ad preces eorum psalmo xxx sic c. Oculi domini super justos et au-
res eius in preces eorum clamaverunt justi et dominus exaudivit eos et ex omnibus
tribulationibus liberavit eos. Gradivissimam igitur justiciam excellentissime
princeps pacem adeptus es potestatis tue augmentum inclite ac ornatissime
prolis tue susceptionem Sed unde etiam hec certe ex aliis quinque Primo quia te-
muisti deum et mandata eius unde psalmista psalmo c. Beatus vir qui timet
dominum in mandatis eius volet nimis potens in terra erit semen eius gloria et divitie in

in domo eius etc. ps. c. xliiij sic dicit Voluntatem timencium se faciet dominus
et deprecacionem eorum exaudiet et salvos faciet eos. Secundo quia sacrificium
laudis ymmolasti Cum enim in hac vita solitaria quam elegisti continuas
laudes dicas sibi templum erexisti ac heremiticam religionem ut secularibus
negociis derelictis in hys que dei sunt facilius valeas contemplari.
Unde regius psalta ps. xlix ymmola deo sacrificium laudis et redde al-
tissimo vota tua et invoca me in die tribulacionis et eruam te et hono-
rificabis me. Tercio quia quod habundantissime possides in tuo inge-
nio aut potencia ascripsisti sed tamquam metuens et honorans deum
talentum tibi recognovisti. Unde psalta ps. similiter ps. c. xxxij. dum dicit
Non salvatur rex per multam virtutem. et gigas non salvabitur in mul-
titudine virtutis sue. Ecce oculi domini super timentes eum. et in eis qui
sperant super misericordia eius ut eruat a morte animas eorum et alat eos
in fame. Unde gloriosus Jeronimus xvj q. i. c. Vicinum sic ad propositum inquit
Sicut doctus et eruditus in lege domini potest alios erudire non debet sue
assignare prudencie ingenio scilicet quod possidet sed gracias agat primo deo qui
cuncta largitur deinde sacerdotibus eius atque ministris a quibus edoctus
est. Si sic non egerit ymmo sapienciam sibi vendicavit in penuria male-
dicetur. Ecce si intelligere largitorem deum et agens hys gracias per quem
est eruditus se humiliaverit statim aperientur super eum cataracte celi
et effundetur pluvia spiritualis et mandabit nubibus suis ut pluant
super eum ymbrem atque habundancia omnium rerum perfruetur non confidens
in virtute sua nec in multitudine diviciarum gloriatus sed in auxilio
altissimi. docta unde psalte ps. xlviij dicentis Qui confidunt in virtu-
te sua et in multitudine diviciarum suarum gloriantur relinquent alienis
divicias suas et sepulcra eorum domus eorum in eternum. Quarto.
quia recordatus es verbi psalte ps. ij. dum dicit Et nunc reges intel-
ligite erudimini qui iudicatis terram. Servite domino in timore et exultate
ei cum tremore apprehendite disciplinam nequando irascatur dominus et pereatis
de via iusta. Unde tu katholice princeps domino in timore servivisti sibi cum
timore exultans fuisti cum non abisti in concilium impiorum. Sed illa
que vere Synodus est Synodum reputasti. Unde beatitudo tibi con-
surget teste psalta ps. primo ubi dum dicit Beatus vir qui non abiit
in consilio impiorum etc. Quinto quia observasti legem sacre nostre
ac promulgatam ore Synodali Basiliensi. Unde psalta ps. cxviij.

pax multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum ad
idem ubi? sapiens prover. iij. dicit in persona Ecclesie loquens dicit. fili mi
precepta mea cor tuum custodiat longitudinem enim dierum et annos vite et
pacem apponent tibi. Et alibi prover. j. sic audi fili mi disciplinam patris
tui nec dimittas legem matris tue ut addatur gratia capiti tuo et torques
collo tuo. Ut igitur pax potestati ac clericali dono dei augeatur inferre
Ecclesie matris tue et tandem instius succurre illi in Basiliensi Synodo
reputata clericale munus omnis pietatis affectionem quia per Romanum pontificem
inculpata est iniquorum perfida Synagoga illam representante (mandat ubique
et a laycis velut hostes fidei agitari et sic letali gladio subici. Heu vi-
detur impleta diebus nostris lamentacio prophete regis et psalmiste ps. xliij di-
cit. Dedisti nos tamquam oves escarum et in gentibus dispersisti nos po-
suisti nos obprobrium vicinis nostris subsannacionem et derisum hiis qui in
circuitu nostro sunt quoniam propter te mortificamur tota die Estimati sumus
sicut oves occisionis (putatur ut hoc ad summum pontificem hac scilicet plaga
~~afflictionis~~ afficit eos qui sunt divine doctrine dispensatores eos qui
non sua sed que Jhesu Christi sunt die noctuque per toto terrarum
orbe in viam salutis dirigendo iugiter laborant. Audiat quod loquitur
textus xc vj di. c. bene quidem sic scilicet sanctus apostolus. eorum qui successores
legimus percepisse non debere fieri persecutores nec inferri fluctuacio-
nes nec invidere laborantibus in agro divino pariter nec depelli eum
regis dispensatores sed Basiliensis Synodus in deo sperat. secundum verbum
regis psalmiste suum ps. lx pridie dicit Sperate in deo omnis congregacio
populi effundite coram illo corda vestra deus adiutor noster in eternum. Caveat
ne ipse suam illam que dicit psalmista loquitur dicens ps. c vj. dicit
Quia exacerbaverunt eloquium dei et consilium altissimi irritaverunt
humiliatum est in laboribus cor eorum et infirmati sunt nec fuit qui ad-
iuvaret eos. Caveat quoque ne convertatur dolor talis in caput eius et in
verticem ipsius iniquitas eius descendat (ut lacum aperit et effodiat eum
et incidat in foveam quam fecit. Ut afflictionem patribus Synodalibus
addat per precipue litteras privari vult eos subsidiis vite necessariis
quod quidem non aliud est quam innocentes necare quod hoc quippe scriptum
ut eorum crimine comperitur Testis est michi gloriosissimus Jeronimus cuius verba trans-
lata per Gratianum xvj q. j in c. Apostolicis sic inquit Apostolicis viris et Evan-
gelizatoribus Christi necessaria vite usibus nolle tribuere scriptum est comperimus

nisi mitratus pressio adusque cum quam longa patientia expertum sit
ut conuertatur ad cor veritatis caritatiuis monitionibus exhortatus est
ut abusus tolleret non conniueret sed alios dirigeret in viam salutis. Ca-
nones synodales seruando patres synodi reuocauerunt presumptuose omnes
anathematizare sine iudicio. Quem iustissimum terminum excessit pon-
tifex Romanus presidii sui anathematizans quales enim reos Scyllos
qui in ecclesiam delinquunt. non certe. sed ecclesiasticis utilitatibus insudantes.
Confortat nos Augustinus sua quam transfert Gratianus xi q iii c et si
ad tempus sit dictum. et si dixerit sententiam presul in quem nescimus aliud est
sella terrena aliud tribunal celeste. Ab inferiori accepit sententiam cum autem
illa iniusta sit patet ex Jeremia a superiore coronam. Ipsum non papam nunc
terrent textus ille nobilis Gregorii in omelia xxvi quam transfert Grati-
anus xi q iii c ipse sic dicens Ipse ligandi atque soluendi potestate se priuat qui
hanc pro suis voluptatibus et non pro subditorum moribus exercet. Vera
autem est illa sententia et in Romano pontifice manet cum Petri priuilegium
cum ex equitate clare discretionis non errante fertur iudicium dicit tex-
tus facundissimi Leonis pape xxiiii q i c manet. Dum continuo ad principes
latorie loquitur dicens se pacem sperare cum sancta synodo tue maiestatis
animos incendit ad bellum letalibus iaculis vulnerat ecclesie
unitatem quod ex eo luculentissime innotescit quia nouissime manente sancta
Basiliensi synodo congregauit sibi Ferrarie concilium conuenientium. Ex hoc
videtur in ipsa sua prolatione falsum asserere conuenientium cum grecis
latinis vniuersale dicitur quo pacto vniuersale dici poterit illud in quo
nullus ex regibus latine ecclesie et per legatos interesse dicitur. Nullus
etiam ex principibus nec cum pace queritur inter treugas inhiberi
offensas ut belli furore suspenso pacis commoda animis reputentur et
sic facilius inclinentur ad pacem. Dicit prochdolor rebus militari magis
intenditur offensa quomodo habere poterit cum continuo bellatore con-
sideret tua sublimitas.

De auctoritate vniuersalis Ecclesie

Dixit forte quispiam Romani pontificis auctoritatem superiorem esse potestate
Ecclesie representate per synodum generalem. Sed certe negatur hoc. Et
ut res lucidius declaretur oportet auctoritatem manifestemus eius super papam
Romanum pontificem. Et quidem illa primo manifestatur ex verbis domini

Math. xviii ubi Jesus loquens ad Symonem Petrum quem fecit primum patrem
ecclesie sic inquit Si peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum inter te
et ipsum solum si te audierit lucratus es fratrem tuum Si autem non te audierit
adhibe tecum unum vel duos ut in ore duorum testium vel trium stet omne verbum
quod si non audierit eos dic ecclesie Si autem ecclesiam non audierit sit tibi
tamquam ethnicus et publicanus etc. Ut autem evidenter ostenderet dominus per ecclesiam
quam iudicem superiorem constituebat non solum Petrum summum pastorem sed apostolos con-
gregatos intelligi quorum vices generalis synodus tenet ut habet textus
nobilis Tribunensis Concilii ii q. v in c. Sequitur preterea ad apostolos congregatos
Symonem dirigens continuo subiecit Amen dico vobis quecumque ligaveritis super
terram erunt ligata et in celis et quecumque solveritis super terram erunt soluta et
in celo etc. Ceterum ut lucidius demonstraret quod ubi plures in nomine suo
sunt congregati, licet ad iudicandum aliquid vel papalem censeam ipse
est qui iudicat per os congregacionis proxime subiecit Iterum dico vobis
ubi duo vel tres sunt congregati in nomine meo ibi ego sum in medio
eorum etc. Que quidem verba per summum synodali congregacioni dicta arbitratur
Innocencius papa in c. de quibus xx di. declarat eciam sancta Calcedonensis
synodus in gestis suis accione xii dicens ad propositum dicto Si enim duobus duobus
simul convenientibus se interesse promisit quanto magis pluribus etc. Manifestat tercio
Concilium Toletanum iiii in quadam contenta epistola incipiente Omnis
deus Cuius verba ad propositum sic dicunt habens domine sive fidem que
dicit Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo ibi ego sum in
medio eorum Credo beatum sancte trinitatis divinitatem huic sancte interesse
synodo et ideo tamquam ante conspectum dei ita in medio vestrum fidem
meam protuli confitens quemadmodum dominus sine dicens Non abscondi veritatem
tuam et misericordiam tuam a consilio multo. Quarto lucidius ostendunt
verba Celestini pape ad synodum Ephesinam scripta Cuius verba ad pro-
positum sunt hec Spiritus sancti testatur presencia congregacio sacerdotum
Certum est enim quod legimus que nec potest veritas nostra mentiri cuius in
ewangelio ista sunt est ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo
ibi et ego sum in medio eorum quod cum ita est si nec huic tam brevi
numero spiritus sanctus deest quanto magis cum nunc interesse credimus in unum con-
venientem turbe sanctorum Sanctum namque concilium est pro debita reverencia veneracione
collectum in quo utique nunc apostolorum frequentissime illius quem legimus congre-
gacionis aspicienda reverencia est Numquam hiis defuit quem receperant predicando
Assunt hiis dominus et magister nec docentes a suo doctore deserti sunt

Quinto demonstrat liber synodi Romane ecclesie quarum tenor obtracto-
res Romane certe synodi Romane que quidem conciter habetur in libro
Conciliorum Ysidori Cuius ad propositum verba sunt hec Cur in pluribus mani
ledunt sacerdotale Concilium tui latrantes Simon xpe in quia inspirante xpo
oracula superna patuerunt et cum dominum altis hominis in preces extitit lin-
gwa pontificum etc. Ex hiis ergo patet a lege evangelii successiva consimilatione
salvatorem nostrum voluisse in papali causa iudicem existere congregacionem
apostolorum Cuius similitudinem Synodus ut dedixi superne vices obtinet Ceterorum
deficientibus apostolis legittimam congregacione ~~[illegible]~~ Ceterorum in tue in corpo-
medio presens esse dicat ut sic ipse per ac illorum successores petri videatur con-
iudicare Hanc autem argumentacionem ex successiva textus consimilatione docet
nos beatissimus augustinus in sermone de Symone pharyseo et de muliere que
lacrimis rigavit pedes xpi incipiente quod admonemur etc. ubi in simili
materia arguens ex verborum textus submissione consimili sic dicit Si non
dimittunt homines peccata falsum est quod dicit xpus que solveritis etc. necessario
quare hoc dictum sit quod sit datum datum erat dominus hominibus spiritum sancti
et ab ipso spiritu sancto fidelibus suis dimitti peccata non meritis hominum vole-
bat intelligi. Nam ut hoc evidencius ostenderet dominus a spiritu sancto que
donari fidelibus suis dimitti peccata non meritis hominum quedam per loco
sic ait resurgens a mortuis accipite spiritum sanctum et continuo subiecit
Si alicui dimiseritis peccata dimittuntur ei etc. hoc est spiritus sanctus dimittit
non vos Spiritus autem deus est deus autem dimittit peccata non vos
Nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in vobis et iterum
Nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti quem habetis a
deo deus ergo habitat in templo suo hoc est in sanctis suis fidelibus
in ecclesia sua per eos dimittit peccata quia viva templa sunt etc.
Ex quibus verbis patet ex argumentacione successive consimilacionis littere
[illegible] concludere per spiritum sanctum fidelibus sacerdotibus
et scissuram grave in ecclesia iam perpetravit. tandem nulla suscepta pena nulla penitus emendacione facta obtinuit ut concilium mutari cogeretur primo verisimiliter in totum dispergeretur per hanc viam mutacionum et dilacionum quas afferri conspicimus perseverante ipso moderno pontifice in sua assidua eiusdem concilii et totiens declarate veritatis impugnacione. hoc equidem non esset scismati obviare sed scismata fovere et nutrire domino pontifici volenti scisma facere ut formidare videmus si concilium ad eius correctionem procederet talis favor preberetur ut eius contemplacione ipsum concilium tali modo mutaretur. unde posteris ad scismata facienda maior pararetur audacia et conciliorum enervaretur auctoritas per quorum supremum iudicium in terris scismata extirpare convenit primo secundum hoc quia ecclesiam lacerare et scindere vellet ipsa sibi tota opprimenda relinqueretur ne preter gregis ad se traheret totus in manibus suis dimitteretur. unde forsan volendo auferre ab eis fidem quam in catholica ecclesia de auctoritate conciliorum didicerunt et contempnendo sacras leges pro salute omnium editas ipse omnes in dampnacionem ducere moliretur. Non hic aguntur preclari oratores de tali scismate in quo due persone contendunt de papatu et in dubium vertitur cui eorum ius competat ubi utreque contendencium in iudicium concilii generalis venire habent sententiam auditurus. Sed agitur de pontifice qui se voluntarie a concilio volente ipsum corripere separavit quod reputabat legittimum universalis ecclesie concilium et ecclesie pacem turbavit scisma fecit scandala suscitavit dissolvendo concilium auctoritative ut premissum est casu quo procederet contra ipsum aut aliquem oratorum suorum presidencium. Et altare contra altare erexit ut sic correctionem iudicis effugeret. Quomodo aut iam res illa locum sibi vendicare poterit sine enervacione auctoritatis conciliorum ut post perditum oporteat pontificem manere in possessione dissolvendi taliter concilium Et quia sancta synodus officium iudicis egit pro exercicio iusticie sibi divinitus commisso cogatur loco iudicis cedere suaque iudicia differre et deserere ac per talem modum mutari ut sibi prefigantur tempora loca modi procedendi et alia que nunc requiruntur a nobis quasi non sit libertas in concilio generali ad faciendum quod pro re publica expedientius iudicabit sub directione ipsius spiritus sancti de cuius auxilio confidendum est quod sive oporteat concilium manere in hoc loco sive mutari sive conveniat procedere sive quidquid aliud agere. et de modo forma et tempore omnia peragendi suggeret ipsi concilio quod pro salute universalis ecclesie fuerit necessarium. Sed dicatis quod concilium in alio loco preter suum consensum indissolubile permaneat verum si papa hoc privilegium habeat dissolvendi concilium sine eius consensu quomodo vultis illud ab ipso tollere. Si autem hoc non habeat et in hoc notorie erravit quomodo id fieri convenit per quod in hac errandi possessione permaneat. et de mutacione concilii tali modo per ipsum Eugenium facta possessio habeatur que trahatur in consequenciam. Et si in talia consentiret hec sancta synodus iam auctoritatem ecclesie fieri posse videretur quod nullatenus queri aut effici debet // Dicitis preterea ipsum concilium mutari habere in alterum trium locorum in quem papa aut greci venire consenserit. et esto quod nec ipse nec illi consenciant nichilominus mutetur. In primo casu non est nobis facile existimare attentis preteritis operibus quod papa in illum locum veniat personaliter in quo speret se correctionem acceptiturum. In secundo casu si greci adveniant et fiat novum concilium ex latinis et grecis dantur induciae correctionis et emendacionis domini Eugenii donec per ipsos grecos fuerit iudicatum primo secundum hoc agitur ut greci de actis synodalibus huius sacri concilii catholicam ecclesiam representantis et de operibus pape iudicare habeat prius quam papa ipse corrigatur. Quorum quia questiones iuris et facti agitate in concilio

erga dominum Eugenium, quarum etiam alique ius divinum et fidem concernunt, habent in iudicium grecorum ipsorum devenire, relicto huius sancte synodi catholico iudicio. Et quod ea que per ecclesiam in concernentibus fidem determinata sunt in dubium revocentur, quasi notaretur ipsa ecclesia in hiis que fidei sunt errare potuisse. Dicatur quoque quod ibidem dominus Eugenius legatos suos mittat, quod iurisdictionis est, ac si ipse ab administratione papali non esset suspensus, cum tamen ipsam suspensionem ex causis tam necessariis et tam urgentissimis quas in alia nostra responsione synodali exposuimus constet esse factam. In tertio casu si hoc sacrum concilium mutetur, quod fundatum est auctoritate duorum conciliorum precedentium et duorum summorum pontificum, cui fere omnes maiores prelati ecclesie, cardinales, archiepiscopi, episcopi, omnesque reges orbis catholici incorporati sunt, esto quod neque papa neque greci consentiant, id sequetur quod ubi concilium existens in hoc loco fortiter impugnat dominus Eugenius, ipsum translatum in aliud locum sine eius consensu fortius impugnare posse videtur et habere maiores colores impugnandi, interimque septem mensium vel eo circa dilationem obtineat, quibus nichil pro eius correctione agatur, quibus nullatenus fidei et saluti ecclesie provideatur, sed potius supposita huius concilii per attediationem aut alia incomoda dispergantur, et tandem nulli vel paucissimi ad illud aliud locum accedendi habeant voluntatem, dum viderint huius concilii Basiliensis tam miserabilem exitum, quod tantis laboribus congregatum tot annis adversus impugnatores domini Eugenii conservatum fuit. Quid aliud ad hec reddere possumus, venerabiles oratores, nisi amarissimos edere gemitus super flebili ruina ecclesie si res ita procedat, et plorare die ac nocte super illa conciliorum generalium auctoritate tam diu per nos defensata, quam in interitum produci conspicimus, nisi deus misericorditer provideat, de qua auctoritate parum prodest verbo dicere quod conservari habeat si tale factum agatur unde ipsa miserabiliter prosternatur. Quis vero dabit capitibus nostris fontem lacrimarum ut in meroribus et doloribus digne lugeamus lesionem fidei, contemptum synodorum et sacrorum canonum, quibus conculcatis omnia scelera, omnia vicia, omnium abusuum et deformitatum incrementa liberius regnabunt. Pariter quoque amare flebunt diebus futuris principes et nationes orbis, dum quispiam Romanus pontifex eos iniuste opprimere volet. Nam frustra deinceps ad concilia generalia recurreret, quorum erit sic prostrata auctoritas. Si enim concilium generale aliquid vellet de ipso Romano pontifice iudicare, illud dissolveret ac transferret, aliudque concilium fieri quereret ubi posset suum libitum consequi, sicque nulla stabilitas, nulla firmitas in iudiciis ipsorum conciliorum haberi poterit. Invalescet preterea ille perniciosissimus error in populo dei ut unus homo ad summum pontificium assumptus possit de tota ecclesia ac christianitate agere ad sue libitum voluntatis, sic quod per generale concilium universalis ecclesie non valeat corrigi aut reformari. Sed ut videmus non solum statum ecclesiasticum et salutem animarum ex ea re detrimenta pati, ymo omnem statum, omnem policiam, omne regimen in spiritualibus et temporalibus perturbari. Nam ecce postquam generale ecclesiam catholicam representans, immediate habens potestatem a Christo, cui summus pontifex et quilibet alius obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem, extirpationem scismatis et reformationem ecclesie in capite et in membris, cepit suum exercere iudicium in dominum Eugenium pro correctione ipsius, et contumaciter obedire contempserit, iam via introducitur ut qui concilio in hiis tenetur obedire non ipsum concilium reputat ut iudicem, sed ut partem cum domino Eugenio contendentem, et velint ipsum iudicem directe aut indirecte artare vel compellere loca et tempora eidem prefigere ut sua iudicia nequaquam proferat, ymo ad instantiam eius qui reus est iudicium suum mutare cogatur. Quod si hoc fit de summo iudice potestatem habente immediate a Christo, nunquid ex hoc datur exemplum subditis quorumcumque

iudicativam ut ipsos iudices temporales et spirituales per mutuas intelligentias compellat
ut illi a iudicando desistant sicque peribit iusticia in terris. et eveniet quod ait glorio-
sus Jheronimus dum unum perit universe ecclesie molitur interitum. que est inquit
maior ista unum partem et universos in discrimen adducere. Cumque pax ut ait beatus Augustinus
sit tranquillitas ordinis iam rupto ordine iudiciorum omnis pax et hominum ad
deum et hominum inter se turbabitur dum via conveniens ad pacem non queritur dum
iusticia et veritas contemnuntur quas cum pace ipsa divina doctrina nobis osten-
dit oportere copulari. ait enim scriptura que mentiri non potest misericordia et
veritas obviaverunt sibi iusticia et pax osculate sunt. Et dominus per prophetam inquit. pacem
et veritatem diligite. Rex quoque Ezechias dicebat Sit pax et veritas in diebus
meis. Quid igitur potius in tanta rerum difficultate agendum est huic sancte syno-
do aut quod recedat et omnia mala superdicta permittat prevalere, aut quod ex officio sibi
commisso a Christo sub confidentia ipsius divini auxilii per defensionem veritatis et
exercitium iusticie in repellendis tantis malis debitum suum agere curet coram deo et
hominibus adimplens illud quod per sapientem dictum est Certa pro iusticia usque ad mor-
tem. Clarissime videre potestis venerabiles oratores quod ecclesiam matrem omnium
christianorum in hac tanta desolatione deserere non possumus sed nobis et toti populo christiano
gravissima imminet dampnatio si saluti ipsius ecclesie et vite sue que ex fide est pro-
videre negligamus. Expectavimus iam pluribus annis si prefatus dominus Eugenius viam
veritatis recognosceret et contemplatione christianorum principum dilationes plurimas
benignissime observavit hec sancta synodus. Ambasiatoresque suos ad diver-
sas regiones transmisit veritatem et iusticiam huius sacri concilii ac necessitatem
urgentissimam aperientes providendi publice saluti ecclesie. Ad duas quoque conventiones
in Nurenberga successive habitas profecti sunt. Et novissime in Civitate Maguntina
non defuerunt sufficienti potestate suffulti ubi oratores summi pontificis per triginta
dies expectati nullatenus comparere voluerunt nisi post recessum oratorum huius sacre
synodi qui cum bona licentia oratorum principum ibidem existentium per plures antea dies
abscesserat. In omnibus autem hiis numquam ex parte summi pontificis aliquid de emendatione
vel correctione oblatum audivimus ut per hoc paci ecclesie consuleret quam ita turba-
vit, et ne quod absit totum corpus invaderet morbus, si languor non esset curatus in
capite, atque etiam ut divina maiestas per ipsum gravissime offensa placari posset primo
dumtaxat petita est semper huius concilii mutatio et talis mutatio que ipsum concilium
reformationem ecclesie querens enervaret et dominum Eugenium durissime persistentem
in sua contumatia roboraret. Neque audivimus quod vos aut alii oratores principum
in hiis rebus a papa impetraveritis ut contemplatione ecclesie et populi christiani quicquam
emendationis aut meliorationis efficiat. Iam vero iustissimam huius sacri concilii perse-
cutionem totus orbis conspicere potuit necnon patientiam et mansuetudinem nostram atque lon-
gissimam expectationem in hoc loco in quo non nos mundana solatia aut terrena affectio
detinet propriis relictis propriis regionibus domibus et beneficiis in quibus quiescere poteramus
varias hic persecutiones dampna et obprobria passi sumus et assidue patimur libenter
omnia sufferentes pro votiva consecutione reformationis ecclesie dei pro qua iam tribus
generalibus conciliis diutino tempore laboratum est et pro defensione fidei orthodoxe quam
in oculis nostris videbamus multipliciter impugnari. et intimi prefatis catholicis princi-
pibus expectando quesivimus complacere ut post victualium penuriam et alias clades quas
pertulimus etiam graviora pericula imminent atque per varia rerum discrimina huius concilii
dispersio. et post tot annorum susceptos labores extrema ecclesie desolatio in foribus
esse videatur. si non celeriter occurratur. Unde iam apertissime conspicere poterunt principes

xpiani nos maxima necessitate compulsos ut seclusa ampliori dilatione pro honore
dei creatoris auctoris Regis regum domini dominantium et pro saluacione animarum communi
saluti ipsius ecclesie prouidere curemus. et ne in tanta rerum necessitate de graui
negligencia coram omnipotentis dei iudicio arguamur omnem nostram fiduciam ponen-
tes in saluatore nostro ihesum in cuius nomine congregati sumus fauente ipsius gracia
ita intendimus agere ut coram omnibus principibus atque populis clarissima iusticia
et veritas huius sancte synodi reluceat. cum quibus veniat in ecclesiam misericordia
et pax et sibi inuicem copulabuntur gratissimo osculo. Nec quidquam aliud petimus
a domino nisi ut in hiis turbacionibus rerum det nobis id agere quod beneplacitum
fuit sue diuine maiestati. et speramus per misericordiam eius omnes xpianos in via
veritatis et conseruacione publice salutis vnitatem aut vnionem et pacem bonam am-
plecti quod et nos maxime desideramus ac laboribus cunctis prosequi volu-
mus ut vnanimiter omnes in amore fraternitatis deo seruiant et sint vnum in veri-
tate. Nec aliquem de veritate huius sancte synodi informatum credimus velle tande
huic fauere errori ut vnus mortalis homo qui ordinatus est ut sit fidelis
minister in domo dei possit ut pro suo arbitrio de tota ecclesia agere ad libitum sue volun-
tatis. Ut neque generalia concilia representancia ecclesiam vniuersalem neque canones
synodales neque postremo ipsas declaraciones fidei per ecclesiam catholicam factas
attendens possit totum gregem dominicum tanto precio redemptum in precipicium dampna-
cionis ducere. Nec vni persone mortali quis in tantum humano fauore affectus
putari debet ut propter illud temporale desiderium quod sicut vmbra pertransit
velit vniuersam ecclesiam destrui. Neque formidare nimium oportet si iustum
ecclesie iudicium in correctionem domini Eugenij proferretur in futurum pro necessitate tocius
ecclesie. et ipse quod absit rebellando in aduersum vellet scisma facere alios at-
trahendo ut se ab vnitate ecclesie separent quod principes catholici aut notabiles
prelati ecclesie vellent suo fauere scismati presertim in lesionem catholice fidei et
auctoritatis ecclesie. Nam quid notorium est qualiter principes orbis tam per se quam per
suos concilio Constanciensi interfuerunt ubi explicata fuit declaracio fidei de
auctoritate conciliorum generalium supra papam et quolibet alterum et in omnibus obserua-
ta nemine reclamante nemine replicante. Sed et ubi dominus Eugenius iam
bina vice voluit sua auctoritate hoc Basiliense concilium sine eius consensu dissoluere
scitis quomodo principes orbis fere omnes aut prime aut secunde dissolucionis tempore
suos oratores in hoc sacro concilio tenuerunt firmiter credentes papam
non posse dissoluere sacrum concilium quod pro extirpacione heresum et reformacione
ecclesie in capite et in membris legittime congregatum erat sine consensu eius
cum ipsi concilio non haberet in hiis imperare sed teneretur obedire. Quid de
prelatis ecclesie dicemus Nam quid in sacro Constanciensi concilio Cardinales archiepi-
scopi episcopi et ceteri de omni regione fuerunt Nec illi defuit felicis recordacionis papa
Martinus qui eciam circa ipsius concilii finem per patentes litteras eodem approbante
concilio mandauit vniuersis archiepiscopis episcopis et inquisitoribus ut singulos
de heresi Wiclenistarum suspectos diligenter interrogarent utrum crederent quod illud
quod sacrum concilium Constanciense vniuersalem ecclesiam representans approbauit et appro-
bat in fauorem fidei et salutem animarum quod hoc ab vniuersis xpifidelibus esset approbandum
et tenendum Cum non ignoraret papa ipse Martinus declaracionem de auctoritate con-
ciliorum datam immediate a xpo antea per ipsum concilium factam fuisse qui eciam in eisdem
litteris posuit quod error est dicere non esse de necessitate salutis credere Romanam
ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias si per Romanam ecclesiam intelligantur

Universalis ecclesia aut concilium generale aut etiam pro quanto negaret primatum summi pontificis
respectu ecclesiarum particularium. In hoc preterea Basiliensi concilio tempore attemptate prime disso-
lucionis fuerunt septem de prestancioribus sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus videlicet
Julianus tituli sancti angeli sedis apostolice legatus. A. bononiensis. B. portuensis vulgariter
dictus placentinus cardinales episcopi Jo. sancti laurencii in lucina dictus Rothomagensis
Jo. sancti petri ad vincula. A. sancti Eustachii. et Do. sancte marie in violata dictus
firmanus etiam cardinales doctrinam ipsam catholicam et apostolicam de auctoritate conciliorum
in constancia declaratam virtuose defendentes atque ostendentes propter illam non potuisse
neque in futurum posse fieri dissolucionem ipsius concilii sine eius consensu plurimaque
solempnia super hoc decreta cum ceteris patribus condiderunt et toti mundo publica-
uerunt qui de hac re in visione quadam synodali cum pro toto concilio magna
auctoritate oratoribus domini Eugenii dissolucionem ipsam manutenere volentis respondebat
malumus mori quam tanto errori per ignaviam cedere hic articulus de quo disceptamus
fidem concernit qui sine interitu salutis negligi non potest. Si dominus Eugenius ecclesiam
audire non vult oportebit eum tandem haberi sicut ethnicum et publicanum hec sunt
verba concilii in quo tunc illi patres affuerunt. Audistis et vos sepius. quomodo alii plu-
res cardinales se subscripserunt dum dominus Eugenius ad mandatum concilii illam preten-
sam dissolucionem irritam et inanem declaravit et ea non obstante dixit concilium legitime
fuisse continuatum. Sed inquid preterea omnes viderunt quam multi prelati doctores divini
et humani iuris ac ceteri ecclesiastici viri ex diversis nacionibus regnis et provinciis
successive tam tempore prime dissolucionis quam sede in hac sacra synodo comparuerunt
dum ipse Eugenius eam dissolutam reputabat. credentes hoc factum domini Eugenii adversus ⸌nec eius de⸍
ipsius concilii auctoritatem nullatenus potuisse prevalere. Quomodo igitur putandum est uel suspi-
candum ut catholicus orbis fidem quam accepit vellet propter quamcumque personam deserere aut
cuiuscumque persone in adversum repugnantem et scisma facere nolentem favorem prestare. et quod ab
hoc sacro concilio quod fidem ipsorum prelatorum fidem propriam atque omnium nacionum orbis
defendit se separaret ut illi adhereret qui ipsam impugnare vellet. Credendum est
quidem potius quod omnes providere volent ne in futurum quisque pontificum possit rebella-
re potius quod omnes providere ... et pro
do conciliis generalibus immediate a Christo potestatem super eos habentibus scisma facere et pro
sua voluntate aut libidine dominandi universum orbem hoc modo conturbare. Intelliget
quod tande omnes unanimiter illum pro pontifice haberi non debere. quem concilium universalis
ecclesie pro non pontifice habendum iudicaverit ut sic non necesse sit iam deinceps
principes orbis hoc modo cum variis legacionibus et magnis expensis in eam venire
Simulque pax in ecclesia vigere possit et auctoritas conciliorum illibata servari que ut
aut beatus augustinus in ipsa ecclesia saluberrima est. Nam oportet universos christianos idipsum
sentire et sapere si una fides et pax vera conservanda est quod ipsi summi pontifices per
concilium generale ecclesiam catholicam representans corrigi possunt sicut veritas catholica
diffinivit. Et quia ecclesia dei in spiritu sancto congregata non habet extimari sicut una
prophana civitas cui supra ipse velut princeps secularis dominetur. Sic itaque cum dei
gracia per constantem nostre fidei confessionem et ipsius approbacionem in opere pax optima et
salutaris gubernacio ecclesie reflorebit in terris. Summi pontifices cognoscentes se posse
corrigi ut prefertur per concilium universalis ecclesie curabunt vigilancius salutem gregis dominici
querere. et in ministerio sibi credito opera Christo placencia agere ipsamque sedem apostolicam
salutari gubernacione et decore virtutum reflorere faciet in oculis omnium populorum
atque omnium bonorum ubertate habundare sicut prius illa solebat cum bono et salutari re-
gimine gubernaretur. Cuius quidem sedis auctoritatem et honorem hec sancta synodus semper
conservare curabit ipsamque dignis honoribus per debitum sanctitatis cultum magis
intendit amplificare et exaltare in futurum. Bremor quoque erit deinceps con-

ciliorum generalium duratio dum illis debita prestabitur obediencia et temporibus statutis omnes dili-
genter confluent expedientur celerius que pro salute christiane religionis agenda vide-
buntur. Concilia provincialia et synodalia frequentabuntur. Sacri canones perfecte observa-
buntur. Sic erit pax et tranquillitas ecclesiarum et sanctitas morum. Utilitas regnorum et
provinciarum. Sic efficaciter desiderium principum vestrorum complebitur preclari oratores. qui pacem
et salutem ecclesie desiderant // Per ea vero que in maguntina cepistis licet bona inten-
tione vos hec fecisse sperandum sit non assequerentur principes ipsi bonum illud vere
pacis quod optant ut ex superioribus liquere satis potest. Nos autem favente domino per
viam salutarem et verum ordinem a christo datum pacem ipsam prosequemur. et quantum sine dei
offensa poterimus curabimus semper religiosissimis viris principibus complacere qui etiam
ut credendum est per omnia divine ordinationi obsequi volent neque aliud agent
nisi quod cum deo poterunt quod iuri divino consonum erit. Et cum fideliter credatur
quod de iure divino tenentur obedire concilio in hiis in quibus habet potestatem immediate a
christo non subtrahent ab eodem concilio debitum obediencie sue propter exercitium
iusticie. dum autem ipsi unanimiter in obediencia quam sancte synodo et ipsi christo qui ei po-
testatem dedit perseveraverint amplectendo concorditer iusticiam et veritatem ipsi animas
suas salvabunt ipsi autem conciliorum sibi et toti orbi necessaria servabunt illibata
salutemque et pacem bonam in christiana religione vigere facient. Si autem obedienciam debi-
tam subtraherent concilio per aliquam neutralitatem aut alias quomodo plura mala con-
tingerent in adversum. que vos preclari oratores ipsis orthodoxis principibus diligenter
ac fideliter remonstrare habetis quantum vos diligitis eorum salutem et totius ecclesie
Et non dubitamus quod cum erunt debite informati debitum suum erga deum et ecclesiam
semper facient. Et intellectis racionibus ac motivis huius sancte synodi devotiones eorum
aptissime conspicient intentionem ipsius dirigi sicut bonis pacificis convenit ad queren-
das vias vere pacis tranquillitatis et salutis ecclesie. et totius orbis nunc et in futurum
Quod autem ad factum grecorum attinet. satis quanto desiderio unionem eorum semper opta-
verimus et optemus quantosque labores et sumptus in eius rei prosecutione impenderi-
mus et qualia nobis impedimenta obiecta sint // Dudum quoque loca convenientia
videlicet Basileam avinionem. et Sabaudiam pro ipsa tractanda unione nominavimus
et adhuc ut omnes conspiciunt in nostra perseverantes intentione ad huiusmodi unionis
prosecutionem si imperator Romeorum et patriarcha Constantinopolitanus qui pro tempore
fuerit et ceteri ecclesiam orientalem representantes cessante omni dolo et fraude in aliquem
locum securum quem hec sancta synodus eliget advenire voluerit. eadem sancta synodus
illum eligere et in ipsum se transferre non recusabit. Talemque locum eliget postquam intentionem
grecorum ipsorum plene cognoverit de quo ipsi viri principes et totus orbis merito
debebunt contentari. Interim vero curabit hec sancta synodus querere diligenter
que ecclesie dei prosunt. et ita res ipsius matris catholice ecclesie disponere ut salutifera
gubernatione regatur per quam deus propicietur populo suo et plantatura eius qua petra
regnancia concitavit unionem ipsorum grecorum et bonam pacem omnium christianorum reflorere
videamus in terris Ad laudem et gloriam spiritus paracliti qui est deus benedictus in
secula seculorum Amen Datum Basilee in congregatione nostra generali Idus Junii
Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

Deo gratias

Ad almam universitatem studii Crac. patres et dominos suos graciosissimos

Nunquam sic deus temperavit corpus ut non sit scisma in corpore .i. Cor. 12° / quia sic unum caput ita unum corpus Tamen
pres. optimi nunc proch dolor [illegible] divisi d. .i. Cor. 1° Et primum dicit divisis sententiis [illegible] sponsa diversam columbam
suam unicam / Cant. 6° / scitum scilicet [illegible] probat ubi [illegible] unus quisque dicit Ego quidem sum Pauli Ego sed Apollo / Ego
sum Cephe Ego sum Cristi / sic quadruplici obediencia divisitate per quatuor hodie Cristi divisa est ecclesia / Nonne
illi possunt dici Pauli qui adhesit Gabrieli dicto olim Eugenio / Paulus quidem [illegible] non erat sic nec iste [illegible]
in ultimo adherencia non ut Paulus Illi possunt dici et Apollo qui adherent neutralitati et Apollinis Cesaris
Romanorum sic regem [illegible] introducere et [illegible] neutralitati / Illi vero Cephe qui obediunt domino nostro Felici [illegible]
Io. et [illegible] Petro dixit Ihesus Tu vocaberis Cephas Io. 1° et hic quippe Petri successor veridicus Cephas [illegible]
et [illegible] indubius / Illi autem Cristi qui obediunt sacro concilio Basiliensi vicem eciam vidue reputanti [illegible]
est Cephe 1° / et in medio eius quia legitime congregate assistit et dividitat Tamen filii stultorum et ignobilium et
in terra non penitus non parentes nunc autem in eorum canticum versa est et facta est eis in proverbium Iob 30 / scilicet ipsa vero
Sinodus dum inter alios Iohannes filius pauperis pellificis et Iohannes Palomar [illegible] collegiorum [illegible] contracta
apostasiam scriptis suis illam deridendo persequntur hii ex nobis prodierunt / apostatando sed non erant ex nobis
nam si fuissent ex nobis permansissent utique nobiscum .i. Io. 2° / scilicet in defensione fidei [illegible] hii nodum [illegible] liberta-
tem per eos concessam de articulis condempnatis commodis sub utique [illegible] et propter horrendum scisma quod pertina-
citer deffendunt quia illud principaliter introduxerunt / suis tractatibus per dulces sermones seducunt corda innocencium
Ro. 16° / quorum scripta ut percepi cum manus ad vias pervenerunt Et quia sermo eorum qui a veritate exciderunt serpit
ut cancer 2ª Thi. 2° / quod cum de illis [illegible] dolenter refero in universitate Wyhen que prima inter ceteras declinando
veritatem dedit de omni [illegible] sanctissimo domino pie memorie [illegible] Remo [illegible] modernum predecessori immediate
per sua scripta de obediendo pro necessitate salutis dicto sanctissimo ac beatissimo domino Felici predicto / propter [illegible] adventu
seminata per eos zizania inter tercium partem dicte Wyhen universitatis extitisse cum theologis et una in fide professores
[illegible] cum iuristis [illegible] ex altera discedentes a via veritatis prius agnita non sine veri in magnum [illegible]
universitatis scandalum et dedecus ac status scientifici Eiusdem corporis membra divisi divisa et divise / divisi divisa
divisimode super tecte et in scriptis dare [illegible] / nunc ipse Salsburgensis ecclesie per Remo / nunc [illegible] Neuburgensis
dicto Romanorum Regi / inimicissimo affirmantes iurisperiti cum medicis prius veritate rei non intellexisse [illegible]
ploctis tractatibus fore informati / ut non deformati locus adest exclamacionis [illegible] Non attendunt
dictum Ambrosii in [illegible] contra Palladium episcopum qui adherebat Constantio imperatori heretico [illegible] 16 / dicentis Cum arrianum
defendit arrianus est / et qui blasphemias suas non condempnat ipse blasphemus est / Estimat quidem [illegible]
sic sacre de vobis o patres conscripti domini veneris ad vos dictos tractatus [illegible] vos velle [illegible]
informare Sed domine Iuliane in ipso Polonia considerando almam Cracoviensem universitatem quam [illegible] credunt
vento agitatam Sed quam [illegible] domum edificatam supra arenam ut cum venerit venti [illegible] heretice opposi-
runt / Non enim sunt patres dicte Cracoviensis universitatis pueri fluctuantes qui circumferantur omni vento doctrine
in nequicia hominum et astucia ad circumvencionem erroris quemadmodum gentiles ferunt ambulantes singuli in
vanitate sensus sui obscuratum non habentes intellectum alienati a via dei per ignoranciam que erat in illis / propter
cecitatem cordis ipsorum Et tanquam domus fundata super firmam petram non dubitat ventos pluvias et vere illusos
[illegible] in fide cum propheta ait Nonne qui oderunt te domine Iulianus [illegible] et Palomar / oderam et super inimicos
tuos tabescebam Certe perfecto odio oderam illos / et ex quo inimici facti sunt michi Et illos voco Iulianum et Palomar
dei inimicos [illegible] Aug. in de vera [illegible] 12° dicentis Quo deum benivolum potest invenire qui eius sanctissimam sponsam
non dubitant offendere et eius mandatum sic stemse domino contempnere Sed quia ecclesiam 13° [illegible] sic [illegible] agno sic
patres isti non dubitant de preeminencia fidei vestre o patres digni In omni tractatu magis declamatorie quam
doctrinaliter dicunt vobis cum apostolo Obsecro vos [illegible] ut idipsum dicatis omnes ut non sit in vobis scismata / et scelus
verba [illegible] / ac si vellet dicere apostolus nobis et eo [illegible] quia non est aliud nomen in quo oportebat
nos salvos fieri Act. 4° / Obsecro vos horum tractatus abhorreatis ut idipsum omnes dicatis Obsecro vos horum
fugate doctrinam nec sint in nobis scismata / Dico obsecro vos / ego vinctus in domino ut ambuletis [illegible]
qua vocati estis ephe. 4° / immo qua multos ad veram fidem per veram catholicam doctrinam varias ad fidem veram
multosque [illegible] reduxistis / extinctos in ipsa [illegible] Pater sancta eos in nomine meo ait sancta [illegible] ut unum
sint Io. 17° et sic idipsum omnes dicatis quia viri [illegible] sathanas .i. Iuliani sathanas dicit quia [illegible] pessimus [illegible]
et filius belial .i. Reg. [illegible] hic efficiunt vos patres populum ut [illegible] sicut tercia cum dictis tractatibus sic ut d[illegible] multos
laycorum convertit a nobis Ego autem rogavi pro o alme universitatis sub nomine Petri quia super Petrum edificata ut non deficiat
fides tua et sic ne sit in nobis scismata / medium assignat apostolus in fine verborum predictorum dicens / sitis autem perfecti in eadem [illegible]
et in eadem sciencia ut sic idipsum omnes dicatis ne sit in nobis scismata / Et textus horum tractatuum liquet [illegible]
[illegible] Primum ad suppeditandum [illegible] quam [illegible] super [illegible] / 2m ad extollendum
Gabrielem iustificandum quia eius [illegible] / 3m / ad diffamandum qui residui sunt Basilee extollendo quia simplicem ecclesiam
neam [illegible] / [illegible] ad primum in quo specialiter descendunt ad sacros canones [illegible] et Basilien[illegible]
Obsecro vos horum tractatus abhorreatis ut idipsum omnes dicatis / Obsecro vos horum fugate doctrinam / ne sit
in nobis scismata / Racio quia quum adherent ipsorum doctrina est heretica / fidei contraria / erronea / veritatis agnite impugnativa
universalis status ecclesie perturbativa / [illegible] / blasphematiua / scandalosa / contenciosa / vaniloquiis oblata / [illegible]
probatis nobilitati [illegible] et abhorrenda atque fugienda ipsorum dogmata ne sit in nobis scismata Ad proba-
cionem autem predictorum exclamo Iulianum qui presidens sacro [illegible] epistolas et dicta sinodalia [illegible]
sive presidencie / et dicam cum Iob 17° / Quid in te est o Iuliane [illegible] timorem et tulisti preces coram deo
Docuit enim iniquitas tua os tuum et imitaris linguam blasphemancium Condempnabit te os tuum et non ego
et labia tua [illegible] tibi quia [illegible] predicti et [illegible] ordinata tua

Dico [illegible] quod horum doctrina in dictis tractatibus [illegible] ad suppressionem [illegible] heretica hec [illegible]
ipse Palomar qui ultra [illegible] et Iulianus qui [illegible] sinodalem [illegible] in qua
[illegible] Si hereticus est qui romane ecclesie aufert principatum / [illegible] hereticus qui eam ecclesiam in qua Roma
[illegible] et Petrus super omnes ecclesias super omnes homines potestatem [illegible] negat / [illegible] Et hereticum illum
facere debetis / [illegible] ambasiatoribus [illegible] qui putat generale concilium et specialiter [illegible] catholicum
representare aut in hiis que ad fidem sunt et ad bonos mores pertinet posse errare Et ipse Iulianus in sua disputacione
quam fecit cum ambasiatoribus [illegible] Basilee [illegible] 1433 / [illegible] et bulla Martini [illegible]
si quis dicit [illegible] non posse facere [illegible] in hiis que pertinent ad reformacionem ecclesie in capite et in membris et in aliis [illegible]

nota quod [illegible] Bohemis [illegible] [illegible] di[illegible]

nota [illegible] ecclesie [illegible] potestatem super [illegible]

expressi esse hereticum quod de ipso Eugenio dicitur sit qui illud affirmat Et in dicta informacione Cogitanti ut iudeam tueri salvandum dixerat dirigendo verba Cardinali uni et ambaxiatoribus predictis / Si quis forte dixit in conciliis intellige excepta auctoritate pape eo quod papa non subicitur Respondetur id verum esse quod persona pape non includitur specialiter quia si includeretur specialiter non posset excipi quia esset contradictio / sed in decreto constanciensis concilii specialiter dicitur quilibet eciam si papalis dignitatis etc. / tenetur obedire preceptis concilii / Ecce quam breviter constat ex dictis suis hanc eorum doctrinam hereticam

2a Dixi 2o quod horum doctrina in duobus tractatibus contenta etc. est fidei contraria / ad hoc probandum Julianus condempnet te ob tuum et non ego / tu dixisti in dicta disputacione Causa ista tangit fidem / scilicet dissolucionis concilii etc. qua liberabas contra illos

no claues date sunt ecclesie non articulus fidei est credere unam sanctam ecclesiam An ergo papa sit super papam qui est iniustus ergo aut non hoc pertinet ad fidem / Nam claues ecclesie sunt date in persona petri Nec dicuntur claues petri nisi pape sed claues ecclesie / Et ecclesia non est propter papam

3o per petri sed papa propter ecclesiam Et non dicitur Credo in papam sed in sanctam ecclesiam catholicam

Dixi 3o quod horum doctrina etc. est erronea probatur per dictam eorum in predicta informacione Nec quisquam id dicere presumat quod generale concilium legitime congregatum invalidum sit aut quod errare possit quia si hoc pernitiosus error admittitur tota fides catholica vacillaret nec aliud esset in ecclesia certum / Ecce quam dicunt pernitiosum errorem et in dictis tractatibus assumunt generale concilium

4 Dico 4o quod horum doctrina etc. est veritatis agnite impugnativa probant hoc eorum dicta in ea informacione dicentium de Constanciensi synodo autem eiusque decretis nulla est dubitacio Synodus illa autentica est et catholica decreta eius autentica sunt et ita intelligibilia ut nulla exigant declaracione / Ista autem synodus / loquitur de Basiliensi legitime incoata est et legitime continuata etc. et in predicta disputacione dixit idem Julianus Sigismundo Imperatori in hec verba Credo Serenissime princeps tenetis illa concilii constanciensis decreta firmissime Sicut ergo ea tenetis ita teneatis ista decreta / dicens de decretis concilii basiliensis firma sicut eciam illa / In hiis et aliis non oportet explicacionem facere quia manifeste patet

5 Dico 5to quod horum doctrina etc. est universalis status ecclesie turbativa hoc probatur per ipsos actores in dicta racione dicentes Nam si magna sit pape potestas id tamen facere sibi non licet Inquantum totum orbem suam per unum statum universalis ecclesie turbetur aut pereclitetur aut decoloretur Nec pape potestas est decretum id quod incipiens frequens abolere et talem agere quod sua dispositio reddatur inutilis vel frustratoria Essetque enim contra mentem ecclesie que id decretum edidit pro eius statu conservando quod cum ipsa papa non dispensat / Etenim pro universalis ecclesie statu conservando sic editum est prout [illegible] principiis liquet dicitur enim sic Frequens generalium conciliorum celebracio agri dominici precipua cultura est que vepres spinas et tribulos heresum et errorum et scismatum extirpat excessus corrigit / difformata reformat / et vineam domini ad frugem uberrime fertilitatis adducit Illorum verba etc. / et in eadem informacione dixerunt Capitum frequens ita est in ecclesia dei necessarium sicut cibus in capite / Ecce quomodo eorum condempnat eos / et labia sua tradent

6 Dico 6to quod horum doctrina etc. est criminalitiva i. contra racionem Hoc probant ipsorum actorum dicta in eadem informacione Et racionem queratis neque reddimus de illis qui errare non possunt preferent sententiam iudicio illius qui errare potest Nec autem dicunt contra Et ipse Julianus in principio sue disputacionis ubi ponit questionem An papa possit dissolvere concilium posuit 12 raciones quas dicebat insolubiles quibus probabat quod non poterat dissolvere quas omitto causa brevitatis remittens ad eandem disputacionem

7 Dico 7o quod horum doctrina etc. est blasphematiua patet de eorum in dicta epistola contento / Blasphemia esset si quis negaret spiritum sanctum dictare sinodos canones et decreta conciliorum predicta in nullo pacto ecclesie tollerare deberet ymo fundere ad animam et sanguinem apparet ne tale hostium aperiatur et tam utile toti christianitati statutum sic capitibus frangibus evanescat / Ex necessitate mente enim dicta decreti videtur dissolucionem predictam non valuisse volt enim quod in fine cuiuslibet concilii dicitur per mensem locus futuri concilii ante dissolucionem concilii /

8 Dico 8uo quod horum doctrina etc. est scandalosa hoc probat Julianus in sua disputacione dicens / Contra concilium declarauit discessum Johannis scandalosum et turbatiuum universalis ecclesie et tamen per talem fugam non dissolvebatur concilium constanciensis multomagis ista presensa dissolucio turbativa est et scandalosa Certe magnum scandalum subortum est et adhuc cottidie turbamur cottidie fiunt scandala cottidie dissensiones etc. Et videant ad discessum Johannis 23 / quia illa non fuit expressa dissolucio et tamen fuit declaratus scandalosus multomagis ut supra dixi est scandalosa ista dissolucio concilii / ymo et in citatorio monetur ut suspectus de heresi

9 Dixi nono quod horum doctrina etc. est contenciosa ita videntur ipsi actores dixisse in eadem informacione / Glose et doctores in hac materia ante concilium constanciense sepe vacillabant modo unum modo aliud dicebant et scolastice disputantes non se firmabant propterea ad amputandum tortuosas et contenciosas doctorum intricaciones et contrarietates ecclesia universalis magistra omnium constancie congregata diffinivit hunc passum / sed nunc quidam ipsi dicunt in suis tractatibus videat quilibet si concordent ultra premissis / nec mirum quisquam quia signanter allegantur dicta epistola Cogitanti quia in ipsa fuit principaliter ipse Julianus et palomar scilicet in aliis non ita interfuit palomar propter suam absenciam ad tempus tunc ambaxiate ad bohemos

10 Sed dixi 10o quod horum doctrina etc. est in vaniloquio dolosa Nonne istud est dolosum vaniloquium ut patuit in predictis commendasse tantum statum concilii constanciensis et nunc impugnare per verba dolosa verba dicere quod tempore edicionis dicti decreti de obediencia pape ad concilium in hiis que sunt fidei et extirpacionis scismatis et reformacionis ecclesie in capite et in membris non erat nisi de una obediencia tamen erant 3 obediencie in mundo prout patet ex

x actis notariis constanciensis concilii presidentes horum nequicia scripserunt de dicta sessione quod interfuerunt in ea ultra 200 prelati nisi de una fuerunt / scripserunt insuper quod fuit sessio in presencia regis Romanorum in habitu et insigniis pertinentibus eidem regi Romanorum et curie sue et ambaxiatorum Regis francie Regum Anglie polonie Norwegie Cipri et multorum principum communitatum et universitatum et studiorum et eorum approbacione et deliberacione 4 nacionum alias expressa approbacione de quibus in ipsa sessione que est / Tercia fit mencio scilicet Germanice Italice gallice et Anglice / Et licet non esset nisi una obediencia tamen ea fidelis vera et catholica alias non esset concilium generale legitime congregatum premaxime quia erat gremium concilii pisani ut in principio et in tractatu dicto constanciensis concilii patet Et sic ergo Cardinalis de Angeli dicti Gregorii de quorum numero Gabriel erat unus Senensis postea dictus papa qui tunc fuit in dicto Concilio

orta tempestas sup eorum admissione in cardinales nō fuit admissi / quia noluit p illa quod hec isti
improbant obediam / Nec a sili valuit ipsorum Cardinalium absolucio et habilitacio qua petierunt quod
a dicta obedia vna de hijs quorum eos p gnera pisanum et Romanum fuerat priuata / cum tamen alie non
reperiatur fuisse habilitates nec absolutos / nec valuerunt multa alia que fuerunt facta p illa obediam et
processus Jo / 23 / condempnacio art⁹ wicleph et Huz que ut ipsi mei impugnatores dixerunt in predicta
responsione cogitati vleni constituebat eccliam et hereticum declarauit condire huius decreto dixerunt cum
sit Sed hoc est autem plus ecclie adduc / ipa enim errare nō pt et quis determinat scripto aut consuetudine nulli
fuerat eodem renuenire et auctus est eius sacre scripture Vn si in euangelis repperiemus decretum illud constan
gnaly q̄ pp tenentur obedire gnalis et hereticus est hoc renuente indubium sic et hereticus erit si quis ille
decreto contumaciter contradicit / Erit quod ob sunt condempnat eos
Nonne e vaniloquium dicere q̄ dictum decretum fuit obreptum inducendo dnm ff. de zarobilis Cardinalem
florentinum dicentes q̄ in 5ta sessione dicti constan gnaly noluit legere illa clausula / gnalem reformationem
in capite et in membris / hec est subdolosum / noluit legere / verum nō legit qz nō erat posita ipa ca ut patet
intuenti acta dicti constan gnaly / legisset utique si affuisset dicta ca sicut in 3a sessione eiusdem gnaly legit idem
floren Carlis in hec vba Hec sancta Synodus sacrum gnale gnaly constan nuncupata p reformatione et vni-
one dicte ecclie in capite in membris fienda in spu sancto litime congregata etc. Sed auctus illis legentis
vz ipse legit in 3a sessione ista et alia que non concernebat fidem nec extirpationem scismatis Et eciam in 5ta
sessione legit alia que erant conmora et intuenti patet etc. et q̄ sequitur posito q̄ ille floren Carlis contradixisset
vel legere noluisset ppt hoc esset decretum gnaly obreptum dicatur quo jure
Nonne vaniloquium est impugnare [illegible] 5tam sessionem concily constan p quam ipi tuebatur se q̄ tunc Eugenius
sup prima ptensa dissolucione dum in dicta rursione dicebat / Cum autem dicta dissolutio nō valuit clare deduci
e decreto 5e sessionis constan in qua fuit diffinitum et in processu intentato contra Johem q̄ dnus Jo 23us Romanam
curiam et officia publica illius seu illorum officiarios de hac ciuitate constan ad alium locum nō mittet aut transferret
seu psonas dictorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogat sine deliberacione et consensu ipius
sancte Synodi Et si contrarium fecisset seu faceret in futurum aut aliquos processus seu mandata contra dictos officiarios vel
alios quoscumque huic sacro gnali adherentes et censuras eccliasticas aut penas alias quascumque conminatus fulminasset ful-
minaret seu fulminauit totum sit irritum et inane nec eisdem processibus censuris et penis tamquam irritis et
inanibus quoquo obediendum fore et eas et eos irritat /
Ite legit idem Carlis cum predictis in dicta 5ta sessione et de quo ipi mei impugnatores arguebant cum suspect
fuit vel si qua priuaciones vel translaciones psonarum existencium in dicto gnali vel adherencium sibi fuisset in lesione dicti gnaly
vel existencium in eo seu adherencium p ipm Jo a tempore incentionis eiusdem gnaly esset irrita et inanis / Sed que
maior subdolositas est q̄ pt quam arguere de 5ta sessione predicta negatiue / et tacere de 4ta sessione ubi omnia
sunt decretata et concordie a nacionibus et approbata ut intuenti acta dicti gnaly p dicta 4ta sessione / Et
que dicta sunt de officiariis et aliis decretatis in 3a 5a 4ta sessionibus dicti constan gnaly si bene intueatur
non ptinet ad fidem nec ad extirpationem scismatis / seu et generalem reformationem ecclie in capite et in membris
Et utique in illis sic decretatis vba illius clausule / generalem reformationem etc intelliguntur collatiue vel
distributiue Et recordari deberent dicti impugnatores sicut p ipos in dicta rursione / Predecessores aduertant bene
concernentes talia / quia aliqui platorum dicebant q̄ 1a dissolucio gnaly non ptinebat ad fidem nec ad extirpationem scismatis
nec ad gnalem reformationem in capite et in membris / q̄ si bene considerauerint in istis 3bus comprehenduntur omnia dicta
cum quicquid sit in ecclia aut fide concernat aut mores / si adherent in tribus adherent in omnibus / Nonne vaniloquium
est allegare patriarcham Anthiochenum arguendo negatiue quod noluit rendere / q̄ si noluit contra opinionem suorum compagni-
num etc. Sed magis dolosum est mendose dicere nō rendere cum tamen respondit et tractatum specialem fecit decretum
sacri gnalis / Et quid in prohemio dicat audiamus / Cum nonnulli ob suum apicientes in tollenda ptate Romani pon-
tificis sup ptatem gnalium gnalium contra Jura diuina et humana veritatem a sanctis patribus aliis declarata exaltare
nituntur Et ob hoc q̄ dnus Eugenius papa 4us vniuersalem sacratissimam sinodum ad extirpationem heresum reformationem
ecclie in capite et in membris ac pacem in xpiano populo Basilee litime congregatam sine consensu ipius sacre
Synodi dissoluere potuit asserere p.... nō verentur Ne errori huius si et non contradicere asserere videor opusculum
presens contra errorem huius composui etati vre mittere etc. Et deductis multis racionibus allegacionibus fultis dicit in fine
dicti tractatus qui satis copiosus est / Quibus attentis constat pptam non esse supra vlem ecclam ut prout
supra gnam gnale illud reputatur Quibus premissis attentis non potuit dnus Eugenius 4us nec pt dissoluere hoc
gnam gnale sine consensu ipius gnaly sed et mx decretum gnalis gnaly constan et alia superdictis obedire tenetur
Nonne vaniloquium est adducere allegare Juris cum istud negocium sit facti et stet in factis quibus innituntur
impugnatores respondimus in dicta rursione / 1o quod dixerunt Glose et Doctores etc / ut patet et infra scilicet adduxisset
que cum vulgatissima nunc utrumque erat recensere et deducere multis allegacionibus et dictis scriptorum concludunt / Et quale
cumque gnalis nomine dignitatis ac ptatis pape in scriptis inueniuntur ad predicacionis quoscumque homines et singulas
ecclias referendum est non sup vlem ecclam Ita ut pocius papa ecclie quam tota ecclia pape obedire cogatur
Nam et si papa maior est ecclia sic nō tamen maior quam tota ecclia / Ad illas tamen satisfactum est plenarie i vnde
dictis tractatibus facta ac p dnm panorm et multos alios ut tractatus eorum inuenitur
Sed si sup predictis omnibus pape credendum est et eius determinacionem standum credatur / quod determinacioni dni Martini
sacro approbante gnali et in qua concurrit omnis predicte et obediencie in vna quam in bulla sua seu decreto 5e sessionis
dicti sacri constan gnaly post condempnationem art⁹ Jo. wicleph et Jo. Huz inter interrogatoria ordinata contra sic fienda
suspectis de heresi pacorum dicere / Ite vtrum credat teneat et asserat q̄ quodlibet gnam gnale et eciam constan vlem ecclam

